SOLONIS ATHENIENSIS CARMINUM QUAE SUPERSUNT.

PRAEMISSA COMMENTATIONE

DE SOLONE POETA

DISPOSUIT EMENDAVIT ATQUE ANNOTATIONIBUS INSTRUXIT

NICOLAUS BACHIUS

A. A. L. L. MAG. PHILOSOPHIAE DOCTOR.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

LUGDUNI BATAVORUM

APUD S. ET I. LUCHTMANS

MDCCCXXV.

GRAVISSIMO ATQUE INTEGERRIMO SENI,

CHRISTIANO GUILELMO SNELLIO,

GYMNASII WEILBURGENSIS DIRECTORI,

DISCIPULUS S. D.

Quod semper erat in votis, suavissime et optime praeceptor, meae in te voluntatis publicum quoddam fieri monumentum, huic ego officio ita maxime satisfaciendum arbitrabar, ut has qualescunque ingenii primitias tibi dedicarem, dignissimo sane, in cuius velut unici exempli mores se formarent discipuli, cui ego potissimum debeo, si quid valeo in vita ad certam rationis normam dirigenda, in appetendo, quod bonum honestumque, in fugiendo,

quod malum turpeque est, in iisque omnibus, quae et hominem et litterarum studiosum ubique terrarum comitentur oportet. Tu enim assiduo virtutis cognoscendae et exercendae verique reperiendi studio, inexpiabili flagitiorum odio, legum observantia, atque in parentes, praeceptores ceterosque, qui mihi studiisque meis faverent, gratissimo me imbuisti animo. Sic puerum comitatus, adolescentem dimisisti hocce viatico: *Die Hauptsache ist, dass der Mensch, ausser der Zuversicht zu* Gott, *auch Vertrauen zu sich selbst fasse: mit diesen wird er, bei pflichtmässiger Anwendung seiner Kräfte, bei unwandelbarer Tugendliebe, bei heiliger Scheu vor allem, wodurch der Mensch sich selbst entwürdigt, und bei stets wachsamer Beherrschung seiner Neigungen und Handlungen, gewiss nicht umsonst dem ihm vorgesteckten Ziele zustreben* *). Ex quo die te viva voce docentem desiderabam, doceri mihi licebat epistolis, plenissimis quidem illis paternorum praeceptorum, animoque obversabatur tua honesta species; et si unquam Plato intimo pectore di-

---

*) Ex litteris, quas ad me scripsisti Aquis Mattiacis d. XIII April. a. MDCCCXXI.

lexit Socratem, eodem ego tui amore incensus eram, teque gravissimo et sanctissimo nomine pietatis in aeternum venerabor.

Equidem has Solonis reliquias poeticas, auctore potissimum CAROLO FRIDERICO HEINRICHIO, approbante etiam FRIDERICO THEOPHILO WELCKERO, utroque doctissimo praeceptore, tractandas susceperam: decurri spatium, quousque potui, quamvis medio curriculo haud semel interpellatus, atque iterum iterumque ad carceres revocatus. Ad calcemne decurrerim vel potius accesserim, aliis iudicandum committatur. Nostrae quidem Academiae amplissimus Philosophorum Ordo, cuius suffragiis istum libellum commiseram, eum dignum proclamavit, qui typis describeretur. Tu autem divinatione quadam huic operae meae indulsisse videbaris, quum mihi ante hos quatuor annos, Gymnasii spatia percursuro, praeclarum illud Solonis, Πρὶν ἂν τελευτήσῃ, μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, ad commentandum proponeres, de quo vobis magistris atque condiscipulis valedicturus publice declamarem.

Sed redeo, unde exorsus sum. Quidquid tibi offero, aequo animo accipias, neve preces

meas parvi aestimes, ut Deus Optimus Maximus canitiem tuam, eamque gravissimam et suavissimam, minime molestam ac morosam, et mentis et corporis virtutibus augeat atque sustentet. Vale.

Scrib. Bonnae ad Rhenum, tempore verni aequinoctii a. MDCCCXXV.

DE SOLONE POETA.

Solon, Atheniensis (1), Execestidae filius (2), a Codro, ultimo Atheniensium rege, originem suam repetens (3), us-

---

(1) *Atheniensem* ipse sese appellat Solon ιβ', 4 simulque Athenas vocat γῆν πατρίδα κδ', 1 sq. Herodot. I, 29 Σόλων, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὅς, Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα —. cf. V, 113. Cicer. de Div. I, 49. Diodor. Sic. I, 96. Dio Chrysostom. p. 538, 8. Suidas v. Σόλων. Etymolog. Gudian. p. 40, 40 sqq. ubi tamen pro Ἀθανάτησι legendum est Ἀθήνησι. Plutarchus hanc rem, inter omnes satis notam, intactam reliquit. Diogenes Laërtius autem Σαλαμίνιον appellat Solonem: quare *Jo. Meursius* in libro singulari, qui inscribitur *Solon, sive de eius vita, legibus, dictis atque scriptis.* (rep. in Gronovii Thes. Antiqq. Gr. Vol. V. p. 1993 sqq.) cap. III natum quidem censet Salamine, sed translatum Athenas, quum parentes eius fuerint Athenienses, ibique vitam deinceps egisse, unde factum, ut Atheniensis diceretur. Si quis autem probaverit Salamine natum esse Solonem, cur maxime *Atheniensis* vocatus sit, ita potius interpretandum esse videtur, ut unicuique, Attica civitate, ad quam pertinuerat Salamis, nato, *Atheniensis* cognomen attribui potuerit. Quocum consentit Diodorus IX init. Ἦν δὲ καὶ Σόλων πατρὸς μὲν Ἐξηκεστίδου, τὸ γένος ἐκ Σαλαμῖνος τῆς Ἀττικῆς. Herodot. V, 76 extr. ἐςέβαλον ἐς Ἀθήνας, pro ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, quod paulo ante legitur. In Homeri Odyssea γ, 278 Sunium promontorium appellatur ἄκρον Ἀθηνῶν. Haud fere plures obvii sunt loci, quibus cives denominentur

que ad Platonem stirpem propagavit (4). Quo tempore natus sit, quo anno, quo loco mortuus sit Solon, hac de re vehementer inter sese dissentiunt scriptores veteres (5), nec fere hodie nostrum quisquam eam ad liquidum per-

---

ab loco natali, quam quibus ab urbibus peregrinis, quarum civitate donati sunt. V. Welcker, in Alcmanis Fragm. p. 4 sq. Facile quoque fieri potuit, ut Solon ab illustri istac expeditione Salaminia contra Megarenses, cuius infra pluribus mentio fiet, *Salaminius* appellatus sit.

(2) Eo omnes consentiunt scriptores, uno Philocle excepto, qui Solonis patrem *Ephorionem* fuisse tradidit. V. Plutarch. Solon. 1. cf. Meurs. l. l. c. II. Idem Meursius c. 1 plures olim Solones fuisse docet, quibus alius addendus est: scilicet in Arati Vita, ed. Buhl. T. II, p. 444 memoratur *Solon* quidam *Lindius*, Solorum, Ciliciae urbis, conditor, haud dubie idem, qui *Solon Cilix*, obvius in Etymolog. M. v. Σόλοικοι.

(3) Plutarch. l. l. Diogen. Laërt. III, 1. Suidas v. Κοῤῥίδης, quod tamen corruptum est ex Κοδρίδης. cf. Hemsterhus. ad Lucian. I, p. 416.

(4) Diogen. Laërt. l. l. cf. Plutarch. Solon. 32.

(5) Solonis diem aut annum natalem qui indicaverit, neminem inveni scriptorum veterum; de anno mortis et de numero annorum, quos vixerit, complures disseruerunt. Phanias quidam apud Plutarchum c. 32 Solonem mortuum esse tradit anno secundo post Pisistrati tyrannidem exortam (Olymp. LIV, 4. Marm. Par.) Hegestrato Archonte, i. e. Olympiade LV, 1. Veriora tamen esse videntur, quae apud eundem Plutarchum Heraclides constituisse legitur: Ἐπεβίωσε δ' οὖν ὁ Σόλων, ἀρξαμένου τοῦ Πεισιστράτου τυραννεῖν συχνὸν χρόνον. Primum enim Lucian. Macrob. 18 Solonem centum annos vixisse narrat, Aelian. V. H. VIII, 16 eum obisse ὑπεργήρων ὄντα. Deinde Phaniae repugnat Solonis colloquium, quod habuisse perhibetur cum Croeso, quippe qui ad regnum non accesserit ante Olymp. LV, 3, et tamen, quum Solon eum adiret, quatuordecim nationes Asiae (teste Herodoto) sibi subiecisset. Sed quae-

ducere possit: hoc autem pro comperto habemus, floruisse Solonem Olympiade quadragesima sexta (6), senemque obisse mortem.

---

stionis huius chronologicae difficultas a Plutarcho 27 iam observata est. — Sed quo loco mortuus est Solon? Diogenes Laërt. I, 62. Ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ, βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα, τοῦτον ἐπισκήψας τοῖς ἰδίοις τὸν τρόπον, ἀποκομίσαι αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ εἰς Σαλαμῖνα, καὶ τεφρώσαντες εἰς τὴν χώραν σπεῖραι. ὅθεν καὶ Κρατῖνος ἐν τοῖς Χείροσί φησιν, αὐτὸν ποιῶν λέγοντα·

Οἰκέω δὲ νῆσον, ὡς μὲν ἀνθρώπων λόγος,
ἐσπαρμένος κατὰ πᾶσαν Αἴαντος πόλιν.

cf. Valer. Max. V, 32. Suidas v. Σόλων. Aelianus autem l. l. καὶ ἀνέστησαν (οἱ Ἀθηναῖοι) αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀλλὰ καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ παρὰ τὰς πύλας πρὸς τῷ τείχει ἐν δεξίᾳ εἰσιόντων· καὶ περιῳκοδόμητο αὐτῷ ὁ τάφος. De statua illa, laudata etiam a Demosthene aliisque, videsis Meursium p. 2061 sq. atque alteri narrationi de sepulcro Solonis respondere etiam videtur Plutarchus, licet non disertis verbis, ita tamen, ut Solonem post tyrannidem a Pisistrato occupatam urbe excessisse neget. Idem, quae referantur de cineribus, Salamine dissipatis, inepta esse censet. Annon omnem fabulam de Solone Cypri vita defuncto cineribusque Salamine dissipatis Atticae comoediae imprimis debendam esse statuere liceat? —

(6) Diog. L. I, 62. Ἤκμαζε μὲν οὖν περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, ἧς τῷ τρίτῳ ἔτει ἦρξεν Ἀθηναίων, καθά φησι Σωσικράτης, ὅτε καὶ τίθησι τοὺς νόμους. cf. Tatian. Syr. orat adv. Graecos (Gallandii Bibl. Patrum I, p. 670) Clemens Alex Strom. p. 354. Euseb. Chronic. ed. Ang. Maio, p. 330. Gellii N. A. XVII, 21. Apud Suidam l. l. post verba γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς μϛ' Ὀλυμπιάδος praeterea leguntur haec: οἱ δὲ νϛ'· quae haud dubie ex glossemate Suidae serioris cuiusdam orta sunt. Sed alia sunt argumenta, quae nobis primo aspectu adversari videantur: Demosthenes enim περὶ παρα-

Quae quidem ita in universum exposita nunc nostro consilio sufficiant, quippe quibus non sit propositum, Plutarchi et Diogenis Laërtii aliorumque scriptorum narrationes in unum redigendo, omnem Solonis vitam, et viri rei publicae gerendae scientissimi, et civis patriae studiosissimi, et poetae, et philosophi, et peregrinatoris accuratius explicare: nobis potius ea solum eligenda sunt, quae spectant ad Solonem poetam, plerumque tamen cum ceteris vitae, imprimis civilis, conditionibus intime coniuncta. Faciamus itaque periculum inquirendi primum, quibus carminum generibus praecipue usus sit Solon, deinde, quonam referenda sint carminum singula, quorum aut e fragmentis habemus notionem, aut per alios graves auctores.

Aptius sane initium in ponderanda Solonis facultate poetica ponere licet nullum, quam summum illum Platonem (Tim. p. 21, c) auctorem et iudicem proferendo: is enim, *Solonem*, ait, *et ceteris rebus exstitisse sapientissimum et in poesi poetarum omnium liberalissimum* (ἐλευθε-

---

πρεσβ. p. 201 ed. Taylor. Ἀπὸ Σόλωνος δὲ ὁμοῦ διακόσιά ἐστιν ἔτη καὶ τετταράκοντα εἰς τὸν νυνὶ παρόντα χρόνον. Haec oratio habita est Ol. CIX, 2. V. Taylor in Notis ad Demosth. orat. περὶ Παραπρεσβ. p. 308. Solonem igitur floruisse oportuerat Ol. XL, 2, duodecennio fere serius. Hoc quoque tempus spectat ad Solonis florem: quamquam non possum, quin Meursii (p. 1062) coniecturae accedam, inductus, tum rationibus ab illo allatis, tum maxime propter numerum, ut ita dicam, rotundum eundemque rei aptissimum. Legatur itaque: διακόσιά ἐστιν ἔτη καὶ πεντηκόντα· M mutato in N. Iam denique Cicero Brut. 10 Solonem et Pisistratum Servio Tullio (Ol. 49—60) regnante viguisse narrat. Verum hoc loco Cicero ad Pisistrati potius tyrannidem respexisse videtur, cuius initio illud tempus satis apte respondet.

ρώτατον). Quapropter summopere dolendum est, quod obiter tantum, eodem teste Platone, usus erat poesi, nobisque id magis etiam dolendum, quod ingenii monumentorum, hac ratione conditorum, modo paucae servatae sunt reliquiae, in quibus philosophi iudicium verissimum et iustissimum admiremur. Accuratius istam Platonis sententiam explicuit Plutarchus (in Solone 3), hunc in modum indicans: *Initio quidem poesi ad nullam rem gravitate dignam, sed per ludum usus esse videtur et delectationis causa otiique consumendi; postea vero et sententias iniunxit philosophicas, atque rerum publicarum multa intexuit carminibus, non historiae et memoriae causa, sed ad defendendas res ab ipso gestas, atque ad exhortandos vel vituperandos Athenienses.* Hinc sequitur poesi usum esse Solonem tanquam adminiculo in moderanda re publica et ad consilia, quae civium salutem adiuvarent, facilius atque certius persequenda.

Diogenes Laërtius (I, 61) memoriae prodit Solonem scripsisse *leges*, *conciones* (*δημηγορίας*), *elegias* (7), primum *in se ipsum commentarios* sive *hypothecas*, deinde carmina elegiaca de *Salamine* et de *Atheniensium re publica*, illas quidem omnes complectentes quinque millia versuum (8), praeterea *iambos* et *epodos*. Illas conciones,

---

(7) Vocabulum Ἐλεγεῖα ap. Diog. ad hypothecas quoque referendum esse cognoscitur insuper ex Suida v. Σόλων· Ὑποθήκας δι' ἐλεγείας. Ita emendandus est hic locus ex scholiis in Platon. ed. Ruhnk. p. 193. Vulg. ὑπ. δὲ ἐλεγείας.

(8) Nominat Diogenes versus illos elegiacos ἔπη, quae tamen vulgo ad hexametros spectare putantur. Sed haec res aliter se habet. Franckius in Callino p. 87 sq. nimia subtilitate sua locum Platonis (Menon. p. 95, d) ita interpretatus est, ut ἔπη antiquam, ἐλεγεῖα novam appellationem carminum elegiacorum esse statuerit. Immo vocabulum ἔπος, per sese latiorem

ab nostro quidem consilio alienas, respicit etiam Cicero, ita disserens: »Hanc, inquam, cogitandi pronuntiandique rationem vimque dicendi veteres Graeci sapientiam nominabant. Hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones — fuerunt non tam fortasse docti, sed impetu mentis simili et voluntate.« (9) Sed quum illa Diogenis partitio Solonis carmina neque accurate, neque ab omni parte distinguere putanda sit; ipsius poetae reliquiis aliorumque scriptorum iudiciis nisuri, quantum fieri poterit, diversa genera primum summatim, deinde singula quaeque describemus.

Ante omnia tenendum est a Solone admissa esse quinque metrorum genera, imprimis *elegiacum*, deinde *heroicum*, *trochaicum* et *iambicum*, quibus addendum est *genus stropharum*, quod parvum quoddam scolium nobis exhibet. In elegiarum numerum, ex rationibus infra demonstrandis, primo loco adscribenda esse videntur illa poemata, quae vocantur εἰς ἑαυτὸν ὑποθῆκαι, secundo carmen illud celebratissimum, *Salamis* inscriptum, tum vero subsequantur versus, quos condidit Solon de *Atheniensium re publica*, quibus elegiarum principibus adiungantur insuper singularia carmina de *Critiae familia*, ad *Mimnermum* atque

---

ambitum complectens, eandem vim, ad carmina translatum, retinuit. Atque huius loquendi rationis non solum *vestigium* (ut ait Franckius p. 86), sed *usus* ipse reperitur apud Homerum Odyss. ϑ, 90 sqq. ϱ, 518 sq. Hoc sensu generali ἔπη appellati sunt et *hexametri*, quibus etiam κατ' ἐξοχὴν tribuitur illud nomen; apud Thucyd. I, 3 aliosque, et versus *elegiaci* ap. Theognid. 19 sqq. cf. Solon ιβ', 2. ap. Herodot. V, 113, ubi Solonis disticha ad Philocyprum ἔπη dicuntur, denique etiam versus *iambici*. cf. Franck. p. 84 sq. Postea singuli versus ἔπη vocati sunt, sicut illo Diogenis loco. cf. Franck. p. 78.

(9) De oratore III, 15. cf. Brut. 7. Ael. Aristid. T. II, p. 279. ed. Iebb.

ad *Philocyprum.* Versibus hexametris annumeranda sunt duo carmina, inchoata tantummodo a Solone, *Leges* atque *Atlantis*, epicum carmen. Versus trochaicos tetrametros catalecticos, quot quidem ad nostram aetatem pervenerunt, ad *Phocum* quendam scripsit, versibus iambicis acatalectis maximam partem persequutus est ipsius de patria merita, deinde etiam argumentum ab hoc diversissimum, de alimentorum hominum et luxuriae generibus. Quos laudat *Epodos* Diogenes Laërtius, horum aliunde notionem habemus nullam: sed servavit idem scolium quoddam Solonis.

I. De carminibus elegiacis.

Quamvis non plane alienum sit ab hoc loco, de origine carminis elegiaci copiosius disputare, tamen propter temporis angustias hanc rem, certe gravissimam, modo extremis, ut dicunt, digitis attingamus. Huc accedit, quod aliquamdiu laetamur *Io. Valer. Franckii* commentatione, quae inscribitur *Callinus*, doctissima quidem illa, sed quum ad finem spectatur, nescio tamen an non fallace et a vero aberrante.

Inventorem versus hexametri, quem primum adhibitum videmus in carminibus heroicis, indicare poterit nemo. Sicut fetus, utero matris inclusus, formae quidem pulcritudinem ac proceritatem habet nullam, multa tamen et venustatis et dignitatis omniumque virtutum in sese continet semina, ita mentis et ingenii procreationes eidem naturae convenienter procedunt et occulte. Quod in singulis hominibus, et corpore et mente paulatim progredientibus, idem observatur in communibus animorum et artium quoque incrementis. Quapropter minime quaerendum est etiam, quinam carminis elegiaci fuerit inventor; et si quis

ad quaerendum sese accinxerit, hunc prius audire velim Horatium (A. P. 75 sqq.) rectissime indicantem:

Versibus impariter iunctis querimonia primum,
post etiam inclusa est voti sententia compos:
quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.

Sane *est sub iudice*, semperque manebit. Natura ipsa nos cogit ad exprimendos dolores, neque apud Homerum (Il. ω, 720 sqq.) desiderabis *ἀοιδούς*,

θρήνων ἐξάρχους, οἵτε στονόεσσαν ἀοιδὴν
οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες.

Elegiam initio fuisse flebile carmen, hoc probat ipsum vocabulum (10), hoc etiam probant omnium scriptorum testimonia (11), hinc denique apparet, cur elegi postea translati sint ad carmina amatoria. Neque igitur inventor habendus est Callinus, neque Mimnermus, neque Archilochus, neque alius quisquam eorum, quos novimus hodie; simplex quaevis orationis et poesis et artis cuiuscunque forma ac species ita progreditur, ut proprie initium statui possit nullum vel saltem nostram effugiat cognitionem, finesque habet immensos. Eadem ratione artis musicae ele-

---

(10) Phot. Bibl. p. 693. τὸ γὰρ θρῆνος ἔλεγον (em. Franck. vulg. ἔλεγος.) ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, καὶ τοὺς τετελευτηκότας δι' αὐτοῦ εὐλόγουν. μέντοι μεταγενέστεροι τοῖς ἐλεγείοις πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις ἀπεχρήσαντο. Schol. ad Aristoph. Aves 212 deducit vocem ἔλεγος a λέγω et ἒ ἒ, quod est lugentis exclamatio (v. Soph. Oedip. Col. 149.), idem fere quod *αἰαῖ* Soph. Philoct. 1094. Herodian. partit. ed. Boissonad. p. 30. Ἔλεγος, ὁ θρῆνος, ὅθεν καὶ ἐλεγεῖον, μέτρον θρηνητικόν. cf. Suidas v. ἔλεγος. Zonar. Lex. p. 682.

(11) Horat. l. l. Ovid. Heroid. XV, 7.

menta penitus in humana natura implicata insident, atque apud Graecos ad fabulas redeunt (12). Quae antiquissima laudantur apud Graecos musicae instrumenta, *cithara* atque *tibia*, iis respondent *epica* atque *elegiaca carmina*. Tibiarum soni, per sese habentes triste quoddam, sicut lugubris lusciniae cantus (13), aptissime cum elegis coniungi possunt. Quae quidem, per se satis perspicua, comprobantur etiam argumento historico, in Suidae collectaneis reposito, ubi disertis verbis ἐλέγους ad tibiam cantatos esse legitur (14). Sicut epicum carmen apud Graecos viam patefecit ad scientiam rerum gestarum monumenta litteris mandandi, ita poesis elegiaca eosdem Graecos perduxisse putanda est primum ad lyricam poesim, deinde ad philosóphiam: illic enim describuntur, quae extrinsecus in animos nostros irrumpunt, hic suum quisque animi sensum potissimum exprimit atque ex semet ipso deducit pleraque.

Carmen elegiacum, quale primitus fuisse dicitur, paulatim fines suos extendisse atque omnino res graviores ac severiores recepisse videtur, ita ut prodirent Callini et Tyrtaei cantus bellicosi, tum amorem etiam complexum est, quo flagrarunt Mimnermi versus. Postea vero genuina ratio tantopere neglecta est, ut ad tristia atque hilaria, ad seria atque iocosa, et ad qualiacunque argumenta promiscue adhiberentur versus elegiaci, neve nomen ἐλεγεῖα tam ad carminum lugubre argumentum, quam ad metrum pertineret (15).

---

(12) V. Plutarch. de Musica 3. 5.

(13) Quam ob causam Aristoph. Av. 217. lusciniae tribuit ἐλέγους.

(14) V. Ἔλεγοι· θρῆνοι πρὸς αὐλὸν ᾀδόμενοι.

(15) V. Franck. p. 53 sqq. Pag. 57 addendus est locus ex Demosthene περὶ Παραπρεσβ. p. 202 ed. Taylor. ubi Solonis disticha de Atheniensium re publica laudata Ἐλεγεῖα dicuntur.

Fridericus Schlegelius, ingeniosissimus vir, triplicem stilum Ionicae poesis lyricae distinguendum esse censet, antiquum, medium et recentiorem: antiquo annumerat Callinum, Tyrtaeum et Archilochum, medio Mimnermum et Solonem: *Quamvis enim*, inquit, *Solonis leges imprimis effecerunt, ut Atticum ingenium atque indoles ex radicibus Ionicis eruerentur, hoc tamen tunc temporis nondum erat factum, atque reliquiae magni huius legislatoris et sapientis poetae certissima argumenta atque indicia scholae Ionicae prae se ferunt. In poematis Solon aeque vacat acerbitate antiqui, ac luxuria recentioris stili* (16).

Maxima pars elegiarum Solonis ad illud carminum genus referenda est, quae vocantur sive Γνῶμαι, sive Λέξεις, sive Παραινέσεις, sive Ὑποθῆκαι (17). Hoc autem genus apud gentem, qualis fuit Graeca, ad vetustissima tempora redire certissimum est; nec desunt fabulae, quae *Pittheum*, filium Pelopis et avum Thesei, Troezenium, imprimis sapientia sententiarum excelluisse tradunt (18). Talibus sententiis, principio in ore populi circumlatis, tanquam condimentis poetas usos esse videmus (19). Primum vero exemplum poesis didacticae, redactae in unum quoddam corpus, exhibent Hesiodi Ἔργα καὶ Ἡμέραι, quae

---

(16) Opp. T. III. p. 277 sqq. cf. R. Bentleii resp. ad C. Boyl. ed. Lennep. p. 224 sqq.

(17) Haec vox iam ab Herodoto V, 92, 6 usurpatur de consilio in re pub. administranda.

(18) V. Plutarch. Theseus 3. Nomen ipsum Welckerus magna cum probabilitate deducit a πείθω.

(19) De Gnomis per Homeri poemata sparsis V. Fr. Thierschii comment. *de Gnomicis carminibus Graecorum*, in Actis Monac. III, p. 393 sqq.

quidem docent, ut res tribus Aristophanis (Ran. 1034) verbis conficiatur,

γῆς ἐργασίας, καρπῶν ὥρας, ἀρότους.

Hesiodi Gnomologia fabulis potissimum delectatur et praeceptis ab experientia communis vitae profectis (20); Solonis autem Γνῶμαι id praecipue spectant, ut boni cives existant, atque omnino natura sua magis conferunt ad regendam vitam, qualis in re publica versatur, et ad mores temperandos moderandosque, quam ad vitam domesticam et privatam. Hinc sequitur, quod haud raro a scriptoribus veteribus designatur Solon ut *poeta philosophus* (21). Hoc in genere poesis gnomicae Solon plures nactus est successores, omnium vero principem Theognidem, cui, ut singulis locis videre licet, et in sententiis et in dictionibus magna est cum Solone similitudo, ita ut serioribus temporibus Solonis disticha Theognidi adscribi possent. Illae autem poetarum gnomae a veteribus tanti aestimatae sunt, ut pueris ediscendae traderentur et adolescentibus recitarentur (22), atque Plato Solonis carmina publicis solemnibus a pueris recitata esse memoriae prodidit (23).

---

(20) De Hesiodi gnomologia politica, imprimis ad iustitiam spectante, agere instituit Thierschius l. l. p. 402.

(21) Aeschin. in Ctesiph. p. 499 — ἀνδρὸς, καὶ νομοθετῆσαι δυνατοῦ, καὶ περὶ ποίησιν καὶ φιλοσοφίαν διατετριφότος. De vera indole philosophiae Solonis V. Plutarch. Themist. 2. cf. Solon 3 extr. Heeren. Ideen etc. III, 1, p. 436.

(22) Aeschin. p. 73. Διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς, παῖδας ὄντας, τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν', ἄνδρες ὄντες, αὐταῖς χρώμεθα. Lucian. de Gymnas. 21. Προϊοῦσι δὲ ἤδη, σοφῶν ἀνδρῶν γνώμας, καὶ ἔργα παλαιὰ καὶ λόγους ὠφελίμους ἐν μέτροις κατακοσμήσαντες, ὡς μᾶλλον μνη-

Apud Diogenem Laërtium, ubi census instituitur carminum a Solone scriptorum, primam inter elegias sedem occupant eae, quae inscribuntur εἰς ἑαυτὸν ὑποθῆκαι, secundam τὰ περὶ Σαλαμῖνος, tertiam τὰ περὶ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας.' Neque hoc factum est temere: confirmatur loco quodam Plutarchi, ubi primum laudantur poemata, initio quidem per lusum atque otium condita, postea tamen philosophicis quoque sententiis intexta (ὑποθῆκαι εἰς ἑαυτὸν), deinde politica, quibus assignanda est utraque inscriptio, a Diogene proxime memorata (24). Divisio, quae apud Suidam reperitur, ea quidem prorsus confusa, certissime prodit illius aetate *Solonis poetae* notionem fuisse admodum mediocrem, vel paene nullam.

1. *Commentarii in se ipsum.*

Solonis ὑποθῆκαι εἰς ἑαυτὸν, metro elegiaco conscriptae, minime confundendae sunt cum eiusdem versibus iambicis εἰς ἑαυτὸν καὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν, ab Aelio Aristide memoratis partimque servatis. In ordinandis singulis fragmentis, quae huc spectare existimanda sunt, neminem Plutarcho certiorem invenire possumus ducem. Quum enim legimus: τῇ δὲ ποιήσει κατ' ἀρχὰς μὲν εἰς οὐδὲν ἄξιον σπουδῆς, ἀλλὰ παίζων πως ἔοικε προςχρήσασθαι καὶ παράγων ἑαυτὸν ἐν τῷ σχολάζειν· tunc sane non amplius

---

μονεύοιεν, ῥαψῳδοῦμεν αὐτοῖς. Isocrat. ad Nicoc. 1. Πρὸς δὲ τούτοις τινὲς καὶ τῶν ποιητῶν τῶν προγεγενημένων ὑποθήκας, ὡς χρὴ ζῆν, καταλελοίπασιν, ὥςτ' ἐξ ἁπάντων τούτων εἰκὸς αὐτοὺς (sc. τοὺς πολίτας) βελτίους γίγνεσθαι.

(23) Platon. Tim. p. 21, b.

(24) Diog. L. I, 61. Plutarch. Solon. 3.

dubitare possumus, quin hunc in locum quadret fragmentum, quod exstat in eiusdem Plutarchi Amatorio:

Ἔς θ' ἥβης ἐρατοῖσιν ἐπ' ἄνθεσι παιδοφιλήσῃ,
μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

Quod eo magis probatur verbis, quae paulo infra leguntur: ὅθεν, οἶμαι, καὶ ὁ Σόλων ἐκεῖνα μὲν ἔγραψε νέος ὢν ἔτι καὶ σπέρματος πολλοῦ μεστὸς, ὥς ὁ Πλάτων φησίν (25).

Ad illud distichum alterum sese applicat, a Platone (Lysis p. 212) sine nomine quidem Solonis, ut poetae omnibus Atheniensibus satis noti, laudatum, sic autem aliunde confirmatum, ut Solonem eius auctorem nemo in dubio positurus sit. Scilicet in Anecdotis Graecis, ab *Io. Ph. Siebenkeesio* collectis, scholium legitur hocce: Ὁ δὲ Σόλων ἐν τοῖς νόμοις, καὶ πόσους πήχεις ἀπέχοντα ἀκολουθεῖν δεῖ τὸν ἐραστὴν τῷ ἐρωμένῳ, δεδήλωκε, καὶ τοῖς ἐλευθέροις τὸ ἐπιτήδευμα τετήρηκε· δοῦλον κωλύσας ἐρᾶν·— καὶ ἐν τοῖς ποιήμασιν ὡς καλοῦ τοῦ ἐρᾶν μνημονεύει λέγων·

Ὄλβιος, ᾧ παῖδές τε φίλοι καὶ μώνυχες ἵπποι,
καὶ κύνες ἀγρευταί, καὶ ξένος ἀλλοδαπός (26).

Ad Solonis poemata, quae per lusum atque otium condita esse memorantur, referendi sunt etiam eius versus de *humanae vitae aetatibus*. Quum ipsa natura varias humanae vitae aetates suis finibus distinxerit, per se intelligitur homines quoque, praesertim si quid vividiore animi

---

(25) Plutarch. Amatorius 5. Athenaeus XIII, p. 602, e. Apuleii Apolog. p. 413. cf. Canteri Var. lectt. II, 9. Fragm. ά.

(26) Anecd. Gr. coll. Siebenkees. ed. Goez. p. 57. cf. Ruhnken. ad Callimachi Fragm. T. 1, p. 421. Redit hoc distichum inter elegos, qui sub Theognidis nomine nuper editi sunt ab Im. Bekkero (V. 1254 sq.), pentametro tamen ita mutato:

cogitatione excipere solent, eiusmodi ingenii lusibus ab antiquissimis inde temporibus vires suas exercuisse. Huc pertinet elegia (Fr. γ), quam Philo Iudaeus (I, p. 25), Clemens Alexandrinus (Strom. p. 814), Censorinus, (de die nat. 14), D. Ambrosius (Epist. VI, 39) ad Solonem retulerunt. Verum nuper de germana integritate huius carminis aliquot Philologi sagacissimi dubitavere, qui quidem, nisi fallor, quidquid rationis attulerunt, ex unica dicendi formula, apud Homerum alio sensu adhibita, petivere. Atque omnis suspicionis auctor fuit *Richardus Porsonus*, magnus ille Britannorum criticus, qui in libro post eius mortem edito ita indicavit: *Versus de annorum hebdomadibus apud Brunck. Poes. Eth. p.* 77, 8 *Soloni suppositos esse evincit, inter alia phrasis ἕρκος ὀδόντων de dentibus usurpata; quippe quae non dentes, sed labra, dentes quasi sepientia, significet* (28). *Gaisfordius* etiam in editione poetarum minorum a Iudaeo vel Christiano, non indocto illo quidem, confictos fuisse illos versus, ut ex amico didicerit, persuasum sibi habuisse Porsonum declaravit; in Appendice tamen (praefix. Vol. II, p. XXXIX), auctore *I. G. Schneidero*, sententiam istam mutavit. Nec vero *F. A. Wolfius*, quod patriae nostrae lumen nuper exstinctum est, ab opinione Porsoni dissentire videtur, quamvis minus diserte auctoritatem suam probaverit (29); atque *G. H. Schaeferus* in nova Gnomicorum editione Porsoni verba descripsit, quasi in eiusdem sententiam iret. Denique etiam *Io. Val. Fran-*

Θηρευταί τε κύνες καὶ ξένοι ἀλλοδαποί. Apud Lucian. Amor. 48. ᾧ παῖδές τε νέοι καὶ μ. ἱ. Fragm. β'.

(28) Tracts and miscellaneous criticisms of R. Porson, by Th. Kidd p. 207.

(29) Litterar. Analect. III, p. 156.

ckius (Callin. p. 57) nostram elegiam spuriam et Solone indignam nunc quidem pronuntiasse satis habere manifesto profitetur.

Formulam ἕρκος ὀδόντων, quam Porsonus unice de labris intelligendam esse censuit, *Dissenus*, vir acutissimus, absurdum labrorum descriptionem, dentium vero significationem certissimam esse indicavit (30). Concedamus etiam haud ita ineptam esse Porsoni interpretationem in plerisque locis Homericis, minime tamen ea quadrat in omnes. In Odyssea (κ, 327) leguntur hi versus:

οὐδὲ γάρ οὐδέ τις ἄλλος ἀνὴρ τάδε φάρμακ' ἀνέτλη,
ὅς κε πίῃ, καὶ πρῶτον ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.

Quid autem? Hic vel *os* in universum, vel *dentes* intelligamus oportet; quippe quum dentes transiverit venenum, eius affectus primum sentitur. Eustathius itaque interpretatus est: λέγων, ὅτι οὐδεὶς ἀνέτλη τὰ φάρμακα, ὅς ἂν πίῃ, καὶ οὗ πρῶτον ἀμείψεται, ἤτοι παρέλθῃ τοὺς ὀδόντας. In Orionis Thebani Etymologico (p. 55, 1) docentur haec: Ἕρκος, κατὰ ἀποβολὴν τοῦ υ ἕρυκος· et in Etymologico magno v. Ἕρκος, τεῖχος, ἀσφάλεια. παρὰ τὸ ἐρύκω, τὸ κατέχω, τὸ κωλύω καὶ ἀσφαλίζομαι, γίνεται ἕρυκος, καὶ κατὰ συγκοπὴν ἕρκος. Ἐρύκειν significat *arcere*, *prohibere*: itaque ἕρυκος est aliquid, quod aliam rem arcet, prohibet, *munimentum*, τεῖχος, postremo idem, quod Latinum *arx*. Respondent, quae apud Homerum de Achille leguntur:

— — — — — ὅς μέγα πᾶσιν
ἕρκος Ἀχαιοῖσιν πέλεται πολέμοιο κακοῖο (31).

---

(30) Götting. Anzeigen 1821, p. 1699.

(31) Il. α, 283 sq. cf. γ, 229. ζ, 5. η, 211.

Murus etiam vel *septum*, quod aulam veterum cinxit omnesque alienos a domo quasi prohibuit, nomen habuit ἕρκος (32). Deinde *aula* ipsa appellatur ἕρκος, quippe quae una cum septo eam circumdante totius domus quasi munimentum sit: sic in Odyssea (θ, 57)

πλῆντο δ' ἄρ' αἴθουσαί τε καὶ ἕρκεα καὶ δόμοι ἀνδρῶν.

Quae quidem si ad formulam ἕρκος ὀδόντων transtuleris, duplicem eiusdem significationem elucere persuasum tibi habebis: primum enim est *septum*, quod dentes includit, i. e. *labra*, τὰ χείλη, ut veteres Grammatici interpretantur; deinde significat quoque *dentes* ipsos, quippe qui totius oris firmissimum sint munimentum. Igitur nunc quoque sub iudice lis est, utra significatio apud Homerum praeferenda sit, licet *dentium* significatio, nisi egregie fallor, Homericae dictionis naturae et simplicitati convenientior est: sed ponamus neutram, utpote naturae sermonis Graeci haud adversantem, esse negligendam et utramque suo loco usurpandam. Atque magno temporum intervallo disiuncti sunt Homerus atque Solon, magna etiam intercessit litterarum et ipsius linguae cultura partimque mutatio. — Nec tamen me fugit apud Nicandrum (Theriac. 548) et Oppianum (Halieut. 506), scriptores Alexandrinos, significationem dentium apertissimam esse, ita ut ex hac ratione carmen nostrum ad seriorem aetatem referri possit: sed tales poetae, utpote veterum aemulatores, dictionum Homericarum haud raro interpretes putandi sunt (33). Et si quid in ipsa natura formulae dicendi positum est, ubi sententiarum ordo eo duxerit, cuiuslibet aetatis scriptorem pari iure eam adhibuisse censeri potest.

---

(32) Odyss. χ, 442. cf. 459. ψ, 190.

(33) V. Wolf. praef. ad Iliad. p. XLIII sq.

Sed fortasse quisquam obiiciat in carmine nostro humanas aetates tam partite, tam definite ac distincte descriptas esse, ut Alexandrinorum studiis potissimum respondere videatur: sed enimvero graviores rationes contraria comprobabunt. *Hippocrates* enim in libro nobis deperdito, cuius fragmentum servavit Philo Iudaeus (T. I, p. 26) distinctius etiam eandem rem longe ante Alexandrinos exposuerat, singulis aetatibus peculiare nomen tribuendo: *παίδιον, παῖς, μειράκιον, νεανίσκος, ἀνὴρ, πρεσβύτης, γέρων.* Alia spectant poetae, alia medici. Quapropter, quae Solon poetico, licet eodem simplici, ornamento instruxit, ea Hippocrates suis studiis accommodavit, et ubi natura humani corporis medico pertenue tantum discrimen fecerat, id omnino transilivit, ad certiora progressus. Re vera etiam a poetis quibusdam vetustioribus hominum aetatem hebdomadis definitam esse, qui disertis verbis comprobaverit, Aristotele (Polit. VII, 14, 11) testis gravior inveniri potest nemo. Eadem ratione Aristotelem saepissime quoque in historia animalium usum esse admonuit Schneiderus, unde Solonis rationem Athenis increbuisse collegerit. Nec vero Camerarius, Victorius et nuper Adamantius Coraës ab Aristotele praecipue respici Solonem negavere. Denique etiam Lucretius, ut vere annotavit Wakefieldus, ad Solonis versus spectavisse videtur, haecce canens (V, 671 sqq.)

Nec minus incerto denteis cadere imperat aetas
Tempore, et impubem molli pubescere veste,
Et paviter mollem malis demittere barbam.

Et quum tot variique scriptores, licet seriores, et gentiles, et Iudaici, et Christiani, ad unum omnes in laudanda Solonis elegia consentiant, altiores sane desiderandae sunt rationes, quibus illam interpolatam esse comprobetur. Praeterea, quod ad summam carminis nostri, aucto-

rem habemus Herodotum (I, 32), qui Solonem tradit ad annos septuaginta vitae humanae terminum proposuisse.

Inter eos, quibus in emendando textu, quum nostram elegiam ante oculos habuisse videantur, interdum utemur, praeter Censorinum et D. Ambrosium numerandus est etiam Macrobius, qui, etsi de Solone ipso nullam mentionem fecit, tamen ad emendandum adhiberi potest (34).

Sed progrediamur in via a Plutarcho nobis patefacta: ὕστερον δὲ καὶ γνώμας ἐνέτεινε φιλοσόφους, i. e. sententias, quales in doctrina morali potissimum versantur. Profecto exstat Solonis fragmentum, omnium maximum illud quidem, quod huc spectare putandum est. Servatum est enim carmen ab Ioanne Stobaeo (Florileg. IX, 25. fr. δ'), cuius auctoritas tamen suspicionis aliquid movere possit, nisi gravioribus utamur testibus: alios videlicet versus, ab antiquitate ad Solonem relatos, pro Theognideis laudavit ille Stobaeus (35), atque nostri poematis posteriores duodecim versus in eiusdem Theognidis Gnomarum collectionibus (585-590. 227-232) leguntur. Sed ex ipsis versibus unus disertis verbis adscribitur Soloni ab Aristotele (Polit. I, 3, 9), arbitro in hac re haud dubie verissimo, nec minus Plutarchus auctor est pluribus locis, quorum singularem mentionem iusto tempore faciemus. Nec vero ἀκέφαλον esse carmen nostrum, quod *Taylor*, Oratorum Graecorum doctissimus apud Britannos editor, *humanae vitae speculum* rectissime vocavit (36), hoc probatur tum ex Musarum invocatione, tum maxime ex loco Clementis Alexandrini, qui in Stromatis (p. 742) Σόλων, inquit, τῆς ἐλεγείας ὧδε ἄρχεται·

---

(34) In Somnium Scipionis I, 6 extr.

(35) V. quae annotata sunt ad proxima fragmenta ς' et ζ'.

(36) Ad Demosth. orat. περὶ Παραπρεσβ. p. 359.

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα.

Ipsius carminis argumentum est fere hocce: Invocatio Musarum, ut poetae ipsi tribuant felicitatem. V. 1-6. Divitiae, iuste et honeste paratae, ab ipsis diis servantur: homines autem, qui iniuste divitias collegerunt, graves ad extremum dabunt poenas. 7-32. Describuntur vanae inanesque mortalium spes eorumque ineptae opinationes. 33-42. Varios humani generis quaestus, artificia atque studia, quibus singuli a singulis distinguantur, lepidissime depingit poeta. 43-62. Hinc sequitur hominibus, iuste honesteque agentibus, felicem quemque eventum praebere deos, iniuste vero turpiterque viventes gravissime tandem aliquando esse ulturos. 63-76.

Quum ad sensum spectamus, iam commode adiungi possunt duo fragmenta, quae, Plutarcho potissimum auctore, ad Solonem referenda sunt: ille enim in vita Solonis (c. 2) Πλοῦτον δ' οὐκ ἐθαύμαζεν· ἀλλὰ καί φησιν ὁμοίως πλουτεῖν,

ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστιν
καὶ χρυσὸς καὶ γῆς πυροφόρου πεδία, κ. τ. λ.

Idem hoc fragmentum (έ) exstat apud Stobaeum (Florileg. XCVII, 7), ubi Theognidi adscribitur, hoc modo incipiens:

Ἶσόν τοι πλουτοῦσιν, ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστιν,

et duobus distichis auctum, uno tenore, ut aiunt, in sententia fluentibus. Nec solum apud Stobaeum illi versus adscribuntur Theognidi, sed etiam in ipsius Theognidis farraginem (719-728) assumti sunt. Quaeritur itaque, utri maior fides praestanda sit, Plutarcho an Stobaeo. Illum vero omnem Solonis poesim ante oculos habuisse, in eamque, ut in omnem illius vitam, haud oscitanter inquisivisse cur dubitemus, rationes desunt. In Theognidis farraginem receptum etiam vidimus versum (δ', 71), ab utroque, Aristotele et Plutarcho, Soloni assignatum:

cur igitur hoc loco minor fides habenda sit Plutarcho? Stobaei enim aetate, qui vixit paulo ante sextum post Christum seculum (37), antiquas Solonis carminum collectiones, si unquam fuerunt, perisse verisimillimum est, quum iam S. Augustinus observarit, septem sapientes nihil monumentorum, quod ad litteras attineat, posteris reliquisse, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus dedisse perhibeatur (38). Obiter notandum est seculo decimo tertio paucas tantum reliquias poematum Solonis innotuisse (39). Quum autem Theognis multis locis Soloni simillimus sit, temporibus, ubi litterarum minor cura habita est, utriusque poetae versus facile commutari potuerunt. Atqui Stobaeus simili Theognidis farragine, qualis est hodierna, usus eoque modo imprudenter furatus esse videtur versus Soloni proprios.

Quod ad sensum huius fragmenti attinet, poeta, divitias, ait, caducas ac fragiles esse, nec quemquam iis abundantem morborum vel senectutis vel mortis liberationem redimere posse.

Alterum, cuius mentionem fecimus, fragmentum, de iniqua divitiarum distributione et permanente virtutis praestantia, non uno solum loco Soloni adscribitur a Plutarcho, sed praeterea tribus aliis (40), quibus omnibus bini vel terni versus laudantur. Sed ab eodem illo Stobaeo hi quoque versus pro Theognideis laudantur, et in Theo-

---

(37) V. Heeren. comment. de Fontibus Eclog. Io. Stobaei §. III, sq.

(38) De civitate Dei XVIII, 25.

(39) Nicetas de rebus post expugn. urb. gestis p. 375 ed. Paris. Καὶ γράφειν ποιήματα (τὸν Σόλωνα), καὶ διατωθάζειν Ἀθηναίους ἐς ἀβουλίαν, ὧν ἔνια, μὴ παρασυρέντα τῷ χρόνου ῥεύματι, οὑτωσί πως ξυντέθηνται· iam subsequuntur versus aliquot Solonis.

(40) Solon. 3. cf. De prof. in virtute 6. De cap. ex inimicis utilitate 11. De tranquilitate animi 13. Fragm. ϛ'.

gnidis editionibus reperiuntur (41). Iudicandum est igitur de hoc fragmento, quod de priore.

Iam sequantur cetera, minoris ea quidem spatii, fragmenta, quae tanquam loci communes a serioribus scriptoribus servata sunt.

Atque primum animum advertamus disticho, quo mortalium misera sors describitur, laudato apud Stobaeum (Florileg. IIC, 24)

Οὐδὲ μάκαρς οὐδεὶς πέλεται βρότος· ἀλλὰ πόνηροι
πάντες, ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ. (Fr. ζ'.)

Deinde sequatur distichum, quod S. S. Patres ecclesiae Christianae toto pectore amplexati sunt tanquam iudicium de Deo. Clemens Alexandrinus (p. 694), sapientissime, ait, a Solone haec scripta esse de Deo:

Γνωμοσύνης δ' ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι
μέτρον, ὃ δὴ πάντων πείρατα μοῦνον ἔχει.

Theodoretus, sine fide, ait, nec mentem contemplari posse intelligentiam, idque Solonem quoque respicere in disticho modo laudato (42).

Praecedenti disticho similem sententiam enuntiatam videmus in hexametro, itidem a Patribus conservato. Clemens: Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ἀλλὰ καὶ Ἡσίοδος, δι' ὧν γράφει, συνᾴδει τοῖς προειρημένοις·

Μάντις δ' οὐδείς ἐστιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
ὅςτις ἂν εἰδείη Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο.

εἰκότως ἄρα Σόλων ὁ Ἀθηναῖος ἐν ταῖς ἐλεγείαις, καὶ αὐτὸς κατακολουθήσας Ἡσιόδῳ,

Πάντη δ' ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισιν,

γράφει (43).

(41) Stob. Florileg. I, 16. Theognid. 315-18.
(42) Tom. IV, p. 713 ed. Schulz. Fr. η'.
(43) Strom. p. 727. cf. Euseb. Praep. Evangel. p. 688. Fr. θ'.

Ad Solonis extrema vitae tempora referendus est versiculus, quo gloriantem videmus se multa in dies addiscentem senem fieri:

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Tantam celebritatem adeptus est hic pentameter, ut non semel a Platone et Cicerone laudatus sit (44).

Praecedenti pentametro Plutarchus distichum annectit, itidem a Solone iam sene compositum:

Ἔργα δὲ Κυπρογένους νῦν μοι φίλα, καὶ Διονύσου,
Καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας (45).

---

2. *Salamis.*

Ex Solonis carmine bellicoso, quod inscriptum erat *Salamis*, pauca tantum nobis servata sunt fragmenta, idque eo magis dolendum est, quo maiorem vim atque effectum habuit illud carmen, quum olim publice cantatum esset in celeberrimo Atheniensium coetu. Plutarchus illud poema docet inscriptum fuisse *Salamis* et continuisse versus centum, quam venustissime compositos (46). Solonem, notum est in vulgus, quum diuturno gravique bello inter Athenienses et Megarenses de Salamine insula certatum esset, atque priores, saepius proelio victi, poenam

---

(44) Amator. p. 133, c. Lach. p. 188, b. 189, a. De re publ. VII, p. 536, d. cf. Plutarch. Solon. 31. Schol. ad Soph. Antig. 711. Cic. de senect. 8. 14. cf. Valer. Max. VIII, 7. Petiti misc. observatt. I, 10, p. 33 sq. Schott. ad Zenob. Adag. III, 4. Fragm. ι.

(45) Solon. 31. cf. Sympos. septem sapient. 13. Amatorius 5. Fragm. ια.

(46) Solon. 8. cf. Suidas v. Σόλων.

capitalem lege sanxissent, si quis iterum ad Salaminem recuperandam cives exhortatus fuisset, dementia simulata, in forum irrupisse, factoque concursu hominum, ex praeconis suggestu versus illos decantasse: quo quidem facto Athenienses, ad legem istam solvendam inflammatos, bellum de integro paravisse et Salamine potitos esse ferunt(47). Ad eandem illam elegiam spectare certissimum est, quae recenset Aelius Aristides: Καίτοι Σόλων τὰ μὲν ἐς Μεγαρέας ᾆσαι λέγεται (48). Nec minus huc respicere videtur Cicero (Offic. I, 30) ita disputans: »Imprimisque versutum et callidum factum Solonis, qui, quo et tutior vita eius esset et plus aliquando rei publicae prodesset, furere se simulavit.«

Argumentum carminis nostri perinde bellicosum fuisse, ut Callini et Tyrtaei carminum, apparet tam ex paucis reliquiis, ad nostram aetatem servatis, tum maxime ex Polyaeni testimonio hocce (I, 20, 1) Σόλων, τὸν θάνατον οὐ φοβηθεὶς, λύει τὸν νόμον ὧδε· προςελθὼν εἰς ἀγορὰν, ἐλεγεῖα ᾖδεν. τὰ δὲ ἐλεγεῖα ἦν Ἀρήϊα ᾄσματα. τούτοις ἤγειρεν Ἀθηναίους ἐπὶ τὴν μάχην. οἱ δὲ, κάτοχοι ἐκ Μουσῶν καὶ Ἄρεος, αὐτίκα τε ἀνήγοντο ᾄδοντες ὁμοῦ καὶ ἀλλαλάζοντες. Et sicut illorum poetarum carmina a

---

(47) Demosth. περὶ παραπρεσβ. p. 201. Ἐκεῖνος μέν γε (Σόλων) ἀφεστηκυίας Σαλαμῖνος, καὶ Ἀθηναίων θάνατον τὴν ζημίαν ψηφισαμένων, ἄν τις εἴπῃ κομίζεσθαι, τὸν ἴδιον κίνδυνον ὑποθεὶς, ἐλεγεῖα ποιήσας, ᾖδε· καὶ τὴν μὲν χώραν ἔσωσε, τὴν δ' ὑπάρχουσαν αἰσχύνην ἀπήλλαξεν. — cf. Plutarch. l. l. Diog. Laërt. I, 46 sq. Philodem. de Musica in Voll. Hercul. Col. XX, 16 sqq. Pausan. I, 40, p. 97. Iustin. II, 7. Valer. Max. V, 3. Diogenes Solonem elegos istos *per praeconem recitavisse* (ἀνέγνω διὰ τοῦ κήρυκος) minus accurate referre videtur.

(48) Opp. Tom. II, p. 279 ed. Iebb.

militibus, ad pugnam paratis, ita hoc quoque, vel saltem peculiares versus ex eo, tibiis accinentibus, ut *ἐμβατήριον μέλος*, ab omni Atheniensium exercitu, contra Megarenses proficiscente, cantati esse videntur, et inter servatos elegos praecipue distichum hocce:

Ἴομεν εἰς Σαλαμῖνα, μαχησόμενοι περὶ νήσου
ἱμερτῆς, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσόμενοι.

Quod quidem cum duobus aliis maxime percussisse Athenienses Diogenes Laërtius testatur. Sed postea etiam in bellis gerendis ab Atheniensibus, si ulli Solonis versus, hos bellicosos, quibus numerosum in armis facerent motum, praecipue adhibitos fuisse, argumentari licet ex loco Sexti Empirici adversus Musicos (p. 357), ita referentis: *Καὶ οἱ ταῖς Σόλωνος χρώμενοι παραινέσεσι, πρὸς αὐλὸν καὶ λύραν παρετάσσοντο, ἔνρυθμον ποιούμενοι τὴν ἐνόπλιον κίνησιν.*

Fragmentum, quod exstat apud Plutarchum (c. 8) in fronte carminis positum erat, ut ex illius disertis verbis proficiscitur: *ἐν ᾠδῇ διεξῆλθε τὴν ἐλεγείαν, ἧς ἐστὶν ἀρχή·*

Αὐτὸς κῆρυξ ἦλθον ἀφ' ἱμερτης Σαλαμῖνος,
κόσμον ἐπέων, ᾠδήν, ἀντ' ἀγορῆς θέμενος.

Ex priori versu (ut ex Welckeri, carissimi praeceptoris, lectionibus didici) efficitur Solonem aut vere legatum Salamine fuisse, aut coram populo Atheniensium simulasse, quasi ipse commodum ex Salamine legatus advenerit. Hinc coniectura capienda est verisimillima, Solonem carminis rationem ita instituisse, ut, quae Salaminii ipsi legato responderint, in medio posuerit, illosque de novissima istac et turpissima contumelia Atheniensibus illata eorumque permanente ignavia iocantes atque ridentes introduxerit. Nec facile excogitari potuit convicium illo quidem acerbius, quod collocatum videmus in voce *Σαλαμιναφέτων*, ad ipsa illa a Salaminiis mordaciter dicta pertinente. Qua

quidem ratione quum cives suos ad dedecus ac turpitudinem magis perspiciendam et detestandam inflamasset, ad sui animi sensum exprimendum sese convertit, quem exhibere putanda sunt τὰ ἐλεγεῖα, τὰ μάλιστα καθαψάμενα τῶν Ἀθηναίων ταῦτα·

Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης κ.τ.λ. (49)

Denique etiam verba, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσόμενοι, quae leguntur disticho supra laudato, coniecturae illi, quae proposita est a nobis, verisimillimae favere certissimum est. Distichum ipsum, quod toti carmini quasi coronam imponere videtur, continet evocationem ad bellum de Salamine reparandum, paucis iisdemque gravissimis verbis descriptam (Fragm. ιβ').

---

3. *De Atheniensium re publica.*

Diogenes Laërtius disertis verbis commemorat Solonem metro elegiaco praeter hypothecas scripsisse versus de *Atheniensium re publica* (περὶ τῆς τῶν Ἀθηναίων πολιτείας). Huius poematis argumentum, cuius mentionem quoque factam esse a Plutarcho (c. 3) supra ostendimus, continuisse necesse est Solonis omnem vitam, ut ita dicamus, politicam, eandemque inde a tempore, quo Atheniensium civitatem administrare instituerat, deinde facto satis longo itinerum intervallo, usque ad tyrannidem a Pisistrato occupatam: tunc enim Solon ceterum vitae tempus otio transegit, ut Plutarchus (c. 30) ait, atque poematis pangendis insectatus est Athenienses. Eam autem maxime

(49) Diog. Laërt. I, 47. cf. Plutarch. rei pub. gerend. praecepta 17.

personam gerentem conspicamur Solonem, quam Suidas describit, legislatoris populique moderatoris (50).

Athenienses, Salamine insula per Solonem recuperata, post varios casus veterem quandam de re publica seditionem commoverunt. Tres enim exstiterunt factiones, Diacriorum, Pediaeorum et Paralorum, quae, invicem sibi adversatae, rem publicam penitus turbavere. Huc accessit, quod plerique homines, aere alieno oppressi, servile iugum a divitibus sibi impositum, deiicere conati erant. Namque, ut Plutarchus (c.13) ait, aut opulentibus arabant, sextantem frumentorum pensitantes, aut corporum versura solventes, a creditoribus abduci poterant, atque nonnulli in domesticam servitutem abducebantur, alii in exteras regiones vendebantur. Multi etiam ad liberos suos vendendos cogebantur (neque ulla vetabat lex) atque ad urbem deserendam propter foeneratorum crudelitatem. Quae quidem omnia si quis contulerit cum Solonis fragmento ampliore, quod Demostheni (51) debemus, hos versus illum rerum statum spectáre verisimillimum esse indicabit; idque comprobatur adeo ipsius Plutarchi verbis: Ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν, οἱ μὲν αὐτοῦ δουλεύοντες, οἱ δ' ἐπὶ τῇ ξένῃ, πιπρασκόμενοι, in quibus scribendis illius aut menti aut oculis obversata esse videntur Solonis versus sequentes:

τῶν δὲ πενιχρῶν
ἱκνοῦνται πολλοὶ γαῖαν ἐς ἀλλοδαπήν,
πραθέντες, δεσμοῖσί τ' ἀεικελίοισι δεθέντες.

Solon, unanimo civium consensu ad ordinandam rem publicam constitutus, postquam omnes Draconis leges ob

(50) Suidas v. Σόλων· — Νομοθέτης καὶ δημάγωγος.

(51) Περὶ Παραπρεσβείας p. 203. Fragm. ιγ'.

asperitatem et magnitudinem poenarum, una de sicariis excepta, abrogaverat, censum civium egit. Et quibus aridorum et liquidorum frumentorum mensuras praeberet ager quingentas, eos primos constituit (Πενταχοσιομεδίμνους); proximos vero eos, qui equum alere possent aut mensuras comparare trecentos (Ἱππάδα τρεφοῦντας); tertiam denique classem complexi sunt ii, quibus modus erat ducentorum medimnorum (Ζευγῖται); ceteri, Θῆτες appellati, nullum gessere magistratum, in concionibus solum et iudiciis rei publicae participes. Atque hac divisione et constitutione talem civium aequabilitatem se effecisse praedicavit Solon, qualem versibus suis descripsit, quos quidem, a Plutarcho (c. 18) laudatos, re vera pertinere ad nostri carminis argumentum, quum ex ipsis verbis luculentissime apparet, tum maxime intelligitur ex loco Aelii Aristidis, ita disserentis: Ἐκεῖνος (ὁ Σόλων) τοίνυν ἐν τοῖς ἐλεγείοις διεξιὼν περὶ τῶν αὑτῷ πεπολιτευμένων, ἐπὶ τούτῳ μάλιστα πάντων σεμνύνεται, τῷ καταμίξαι τὸν δῆμον πρὸς τοὺς δυνατοὺς, ὅπως ἂν μιᾷ γνώμῃ τὴν πόλιν οἰκῶσι, μηδέτεροι πλεῖον ἰσχύοντες, ἣ κοινῇ συμφέρει (52).

Illos versus commodissime excipit distichum, quod laudatur ab eodem Plutarcho:

Ὧδ' ἂν δῆμος ἄριστα σὺν ἡγεμόνεσσιν ἕποιτο,
μήτε λίην ἀνεθεὶς, μήτε πιεζόμενος (53).

Quum autem, perlatis legibus, singulis diebus Solonem quidam adirent, sive laudantes, sive vituperantes, sive suadentes, ut adiungeret tabulis, si quid ipsis occurrerat,

---

(52) Opp. Tom. I, p. 561. cf. II, p. 278 ed. Iebb. Fragm. ιδ'.

(53) Comparatio Solonis cum Poplicola 2. Fr. ιέ.

aut adimeret, et quum plerique quaererent ex eo, quomodo quidlibet comparatum quave opinione accipiendum esset: considerans, et non facere haec esse absurdum, et facere invidiosum, a populo Atheniensi petivit, ut peregrinari sibi decennium liceret: quo impetrato, primum in Aegyptum profectus, Atlantidis consilium cepit. Nec vero huius itineris, ad civitatis suae salutem suscepti, Plutarchum aliosque scriptores solos testes habemus, sed Solon ipse quoque nobis est auctor in disticho, quod legitur apud Plutarchum (c. 25. 26)

Νείλου ἐπὶ προχοῇσι, Κανωβίδος ἐγγύθεν ἀκτῆς.
(Fragm. ις΄.)

Deinde in Cyprum atque Lydiam profectus, auditu cognovit patriam discordiis et seditionibus commoveri, ideoque Athenas regressus, quantum pro viribus et senectute potuit, rei publicae opitulari contendit. Principes factionum, imprimis Pisistratum, ipse sibi conciliare et a dominandi libidine arcere studuit. Sed resistere non potuit illius artibus, utpote qui clam tyrannidem sectaretur. Itaque, convocata concione, Atheniensibus Pisistrati insidias et improbos conatus declaravit. Nec desunt elegi, quos recitavisse dicitur, quum orientem tyrannidem multo ante prospexisset. Haec enim Diodorus Siculus (XIX, 1): Τῆς γὰρ Σόλωνος φωνῆς ὥςπερ χρησμοῦ τινος ἐμνημόνευον (οἱ Ἀθηναῖοι), ἐν οἷς περὶ τῆς Πεισιστράτου τυραννίδος προλέγων, ἔθηκε τόδε τὸ ἐλεγεῖον·

Ἀνδρῶν ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται· εἰς δὲ τυράννου
δῆμος ἀϊδρίῃ δουλοσύνην ἔπεσεν.

Redit hoc distichum, altero etiam praemisso, apud Diogenem Laërtium (I, 50); atque Plutarchus, ut ostendat, qualem scientiam rerum physicarum adeptus sit Solon,

distichis a Diogene servatis tertium adiungit (54), ita ut continuum hexastichum existat nostro loco accommodatissimum.

Quamvis verissima pronuntiasset Solon, tamen eius divinationem neglexerunt Athenienses, atque amici sociique Pisistrati insanire illum dixerunt, cuius quidem insaniae Solon ipse mentionem fecit his verbis:

Δείξει δὴ μανίην μὲν ἐμὴν βαιὸς χρόνος ἀστοῖς,
δείξει, ἀληθείης ἐς μέσον ἐρχομένης (55).

Postquam Solon omnes labores, quibus Atheniensium libertatem retinere studuerat, Pisistrati calliditate inanes fieri perspexit, domum suam se abdidit, armisque extra fores collocatis: *Equidem*, inquit, *quantum potui, patriae legibusque opitulatus sum* (56). Atque versibus istis, quibus nunc scribendis in civium suorum inconstantiam mentisque mutabilitatem invectus est, annumerandum est fragmentum, quod integrum (ut nos quidem id habemus) exstat apud Diogenem Laërtium (57), et, uno pentametro excluso, apud Plutarchum. Diogenes exsulem tradit versus istos in Athenienses scripsisse Solonem, quum Pisistratum rerum esse potitum audivisset: sed quum per se maior fides tribuenda est Plutarcho in historicis quaestionibus,

---

(54) Solon. 3. Ἐν δὲ τοῖς φυσικοῖς ἁπλοῦς ἐστι (ὁ Σόλων) λίαν καὶ ἀρχαῖος, ὡς δῆλον ἐκ τούτων. Ἐκ νεφέλης κ. τ. λ. Fragm. ιζ'

(55) V. Diog. Laërt. I, 49. Fragm. ιή.

(56) Plutarch. Solon. 30.

(57) I, 52. cf. Nicetas de rebus post captam Constantinop. gestis p. 376 ed. Paris. — Plutarch. Solon. 30. Clemens. Alex. p. 328. Fragm. ιθ'.

tum omnino etiam, ut supra expositum est, verius esse videtur Solonem post tyrannidem a Pisistrato occupatam Athenis tranquillitate ac silentio degisse aetatem. *Fortlagius* autem, qui in editione *Solonis fragmentorum poeticorum* (p. 103) annotavit utrumque, Plutarchum et Diogenem, testari Solonem exsulem illa scripsisse, certissime patefecit temere se legisse Plutarchum.

Solon vero, monitus ab amicis, ne tyranni odium suumque interitum sibi contraheret, iisdem quaerentibus, *Qua tandem spe fretus, Pisistrato tam audaciter obsisteret*, respondisse dicitur, *Senectute.*

---

4. *Ad Critiam.*

Plato in Charmide (p. 157, e) familiam Critiae, Dropidis filii, et ab Anacreonte et a Solone multisque aliis poetis celebratam esse testatur, utpote quae excellat pulcritudine, virtute atque cetera, quae in carminibus laudata sit, felicitate. Hinc sequitur Solonem condidisse versus, in quibus, ut *de re publica* iam vidimus ad Athenienses, ita scripserit de *re familiari* ad Critiam, ipsi propinquitate coniunctum. Solon familiarissimus fuit Dropidi, quod saepius, auctore eodem illo Platone (Tim. p. 20 sq.), ipse dixit in poesi. Alii etiam utrumque, Solonem et Dropidem, Execestide genitum esse tradunt (58). Aristoteles in libris Rhetoricis (I, 15) testes esse docet duplicis generis, antiquos et recentiores: inter antiquos testes poetas quoque numerat: *Ut enim*, inquit, *Athenienses Homero teste usi erant de Salamine, ita Tenedii nuper Periandro Co-*

---

(58) Proclus ad Platon. Tim. p. 25 sq. cf. Schol. Ruhnk. p. 201.

rinthio contra Sigeos, et Cleophon (59) *contra Critiam Solonis elegiis usus est, dicens olim superbam fuisse eius familiam; non enim dixisset Solon:*

Εἰπεῖν μοι Κριτίᾳ πυῤῥότριχι πατρὸς ἀκούειν.

Hic hexameter paululum diversus et pentametro auctus laudatur a Proclo (60).

5. *Ad Mimnermum.*

Diogenes Laërtius narrat, quum Mimnermus scripsisset:

Αἲ γὰρ ἄτερ νούσων τε καὶ ἀργαλέων μελεδώνων
ἑ ξ η κ ο ν τ α έ τ η Μ ο ῖ ρ α κ ί χ ο ι θ α ν ά τ ο υ·

Solonem illi respondisse:

Ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι, κ. τ. λ.
(I, 60 sq. Fr. κά.)

Brunckius hoc fragmentum atque aliud, a Plutarcho (Comp. Solon. et Poplic. 1) et Stobaeo (Florileg. CXXII, 3) reservatum, conglutinata edidit. Sed hoc fecit negligenter. Quod apud Plutarchum legitur: Ἔτι τοίνυν, ἃ τοῖς περὶ Μίμνερμον ἀντειπὼν περὶ χρόνου ζωῆς ἐπιπεφώνηκε·

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισιν
καλλείποιμι, θανὼν, ἄλγεα καὶ στοναχάς,

(59) Cleophon iste orator fuit Atheniensis et improbus civis. V. Isocrat. de pace 27. Aeschin in Ctesiphon. p. 75, 3. cf. Taylor ad Aeschin. περὶ Παραπρεσβ. p. 38, 9.

(60) Ad Platon. Tim. p. 25. Redit hoc distichum in Scholiis ad Plat. ed. Ruhnken. p. 523. Fr. κ'.

εὐδαίμονα τὸν Ποπλικόλαν ποιεῖ. κ. τ. λ. hinc minime colligere licet, hoc distichum statim excepisse illos versus, quos ad eundem Mimnermum scriptos exhibet Diogenes. Utrumque fragmentum ex eodem carmine esse petitum, id sane nemo infitiabatur. Itaque, auctore F. A. Wolfio (61), distichum priori fragmento annexum, seiungendum est.

Solon isto disticho, ut utar Ciceronis verbis (62), se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare. Dubitat Cicero eodem loco, an bene dixerit Solon, atque in Tusculanis disputationibus (I, 49), magna eloquentia esse utendum, ut homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere desistant, professus, deinde sic pergit: »Quodsi fiat, melior Ennii, quam Solonis oratio. Hic enim noster,

Nemo me lacrumis decoret, inquit, *nec funera fletu*
faxit!

At vero sapiens ille,

Mors mea ne careat lacrumis: linquamus amicis
Moerorem, ut celebrent funera cum gemitu.«

Attamen vero, si quis ad sensum vere humanum, nec tamen eundem molliorem, utriusque poetae sententiam revocaverit, ad Solonis sese applicabit.

---

6. *Ad Philocyprum.*

Solon, perlatis legibus, primum in Aegyptum profectus, deinde navigavit in Cyprum ad Philocyprum, unum

---

(61) Litterar. Analect. III, p. 97.

(62) De senectute 20. Vulgo hic legitur: *Solonis quidem Sapien-*

ex regibus huius insulae. Quo quidem ab rege magnificentissimo hospitio acceptus, cum eoque insigni quodam amicitiae et amoris vinculo conversatus, eidem persuasit, ut oppidum, quod tenuerat tunc temporis, a Demophonte Thesei filio conditum, ad Clarium flumen situm, ob loci sterilitatem et asperitatem transferret in campum pulcriorem, quo amoenior evaderet urbs atque amplior. Novae huius urbis bene regendae, vitae civium ordinandae securitatisque constituendae Solon, in re publica gubernanda ab rege socius assumtus, haud parvam gessit curam, unde factum, ut magna hominum multitudo e ceteris oppidis ad Philocyprum conflueret. Neque Soloni ingratum sese praebuit Philocyprus, urbem suam, prius *Aepeam*, deinde *Solos* nominando. Plutarchus, qui huius rei disertissimus est scriptor, itidem servavit carminis fragmentum (62), a Solone ad Philocyprum scripti, cuius mentionem quoque factam esse videmus apud patrem, qui dicitur, historiae. Quum enim Herodotus, Cypriis a terrestri Persarum exercitu profligatis, interfectorum ducum censum haberet, nec Solorum regis oblitus, pro innata amoenitate in carminis nostri originem obiter nonnihil commentatus est. *Alii ceciderunt — atque Soliorum rex Aristocyprus, Philocypri filius, illius inquam, quem Solon Atheniensis, in Cyprum advectus, carmine celebravit tyrannorum maxime* (63). Qui ab Herodoto et Plutarcho

---

tis elogium est etc. Quid est *elogium*? Brevis inscriptio vel sententia *in* laudem cuiuspiam aut vituperationem. Nihil ad hunc locum. Legamus itaque, quod probavit I. M. *Gesnerus* (Thes. L. Lat. v. *Elogium* N. 2), *Elegium* i. q. Ἐλεγεῖον.

(62) Solon 26. cf. Arati vita ab Anonymo conscripta, ed. Buhlii T. II, p. 430. Fragm. κβ'.

(63) Herodot. V, 113. cf. Valckenar. ad h. l.

appellatur Philocyprus, huic ab Anonymo in Arati vita nomen tribuitur *Cypranoris* (64). Quae tamen mutatio unde proficiscatur, equidem adhuc incompertum habeo. Sed praeter hanc diversitatem alia etiam occurrit in scriptoribus serioribus: Plutarchus aliique Solonem vocant conditorem Solorum, urbis Cypriae, Diogenes Laërtius (65) autem cum aliis etiam Solorum, urbis Ciliciae, ita ut Suidas (66) utramque urbem ad Solonem conditorem retulérit. Attamen haec scriptorum dissentio vel error potius facile tollendus est: nimirum in alia vita Arati, itidem anonyma, traditur urbis Ciliciae conditorem fuisse *Solonem* quendam *Lindium*, ab *Atheniensi* haud dubie diversum (67).

II. De Legibus.

Ut omnino vetustissima quaque aetate res gestae et quidquid memoriae sive litteris mandandum poeticis potius decora numeris depinguntur, ita morum quoque discipli-

---

(64) Ed. Buhlii T. II, p. 430 Οὕτως οὖν καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Κιλικίᾳ Σόλων οἱ πολῖται Σολεῖς· ἀπὸ δὲ τῶν ἐν Κύπρῳ Σόλιοι. Μέμνηται δὲ τούτων Σόλων ἐν ταῖς ἐλεγείαις ταῖς πρὸς Κυπράνορα τὸν βασιλέα, ὅς συμβουλευθεὶς ἀπὸ Σόλωνος κτίσαι τὴν πόλιν χάριν τοῦ ἀνδρὸς Σόλους ὠνόμασεν, ἀμοιβὴν ταύτην νέμων τῆς συμβουλῆς αὐτῷ.

(65) I, 51 Ἐκεῖθέν (ἀπὸ Κροίσου) τε ἀπαλλαγεὶς, ἐγένετο ἐν Κιλικίᾳ, καὶ πόλιν ᾤκισεν, ἣν ἀπ' αὐτοῦ Σόλους ἐκάλεσαν· ὀλίγους τέ τινας τῶν Ἀθηναίων ἐγκατῴκισεν, οἳ τῷ χρόνῳ τὴν φωνὴν ἀποξενωθέντες σολοικίζειν ἐλέχθησαν. cf. Stephan. Byz. v. Σόλοι. Schol. in Platon. ed. Ruhnken. p. 193.

(66) V. Σόλων et Σόλοι.

(67) T. I init., T. II, p. 444. cf. Euphorionis Fragmenta, coll. a Meineckio p. 56 sq.

nas et, quae cum his intime coniuncta sunt, rei publicae instituta atque legum praecepta metro accommodata et velut epica carmina a gentibus olim decantata esse luculenter patet ex Aristotele (68). Quod multi fecerunt ante Solonem, ut leges metro concluderent, id neque ab ipso neglectum esse videtur. Atque poemate leges quoque descripsisse Solonem Brunckius sibi persuaserat, et recte iudicavit id ipsum poema inter illa antiquitatis monumenta censeri debere, quae ad aetatem nostram permansisisse maxime optandum esset: ideoque Fr. Schlegelium, ingeniosissimum virum, de Solonis legibus carmine compositis, ut de re certa, disserentem videmus (69). Sed manifesta tamen documenta, quibus Solonem re vera leges suas vel saltem earum partem carmini tradidisse comprobetur, hodie prorsus desiderantur: Plutarchus (c. 3), huius rei unicus testis, quosdam dicere, ait, leges quoque aggressum esse Solonem versibus componere, earumque initium recitat. Welckerus, humanissimus praeceptor, aliquando mecum communicavit se de genuitate horum versuum imprimis dubitare propter vocem τύχην.

III. Atlantis,
epicum carmen.

Primum omnium satis constat post Homerum ingentem epicorum poetarum exstitisse numerum, qui praestantiores

---

(68) Problem. XIX, 28 Διὰ τί νόμοι καλοῦνται, οὓς ᾄδουσιν; ἤ, ὅτι πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα ᾖδον τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται. cf. Aelian. V. H. II, 39.

(69) Operum T. III, p. 164.

Graecae antiquitatis fabulas heroumque gentiumque res gestas carminibus celebraverant, ut tempore, quo floruit Solon, vix insigne aliquod argumentum, poetico ornamento carens, in promptu situm fuerit. Nec quidem Ἀτϑίδων sive *Theseïdis* defuerunt poetae, quorum antiquissimus putatur *Hegesinus*, cuius nomen ad nostram aetatem delatum est: sed aliarum gentium domi militiaeque praeclare facta epicis poematis multo splendidius erant celebrata. Et quoniam Athenienses tale quippiam haud dubie senserint aegreque tulerint necesse est (70), Solon ad singulare idemque ipsius consilio, ut postea docebitur, opportunum argumentum pertractandum aggressus est. Quum enim post leges Atheniensium civitati perscriptas in Aegyptum proficisceretur (71), dignissimum videtur sibi constituisse finem et quasi terminum suarum contentionum, ut Athenarum praestantissimas quasque vetustissimo tempore res gestas earumque pugnas mirificas epico carmine celebraret. Nec tamen intra ducentos fere annos aliqua huius rei facta erat mentio apud ullos, qui ad nos pervenerunt, scriptores, donec Plato divinus exstitit auctor idemque a Solone originem suam trahens, qui nobilissimum istud poetae sapientis consilium, paucis hominibus eatenus traditum, et ipsius carminis adumbrationem, ab amicis et familiaribus servatam, quamvis (quod magnopere dolendum) non absolutum, litteris mandaverit eoque modo ab oblivione atque a silentio vindicaverit.

---

(70) Nonne Pericles, qui cunctorum Atheniensium voluntatis interpres habendus est, apud Thucydidem II, 41 huc respicere videatur?

(71) V. Herodot. I, 29 sq. Heraclid. Pontic. Fragm. ed. Koeler. N. 1. Plutarch. Solon. 25 sq.

Priusquam ad diversas opiniones singulorum, qui nostra aetate de istac Platonis relatione disseruerunt, nobilissimorum virorum doctorum, examinandas convertimur, eiusdem Platonis, qualem principio Timaei et in Critia persequitur, fabulam sive λόγον 'Ατλαντικὸν in medio proponere liceat. Postquam Socrates, quam hesterno die sibi finxerat (72), rem publicam primoribus labris regustavit, *Audite iam*, inquit, *in civitatem, quam lustravimus, quomodo affectus sim. Sic autem affectus esse videor, ut, si quis animalia pulcra alicubi conspicatus, sive pictura efficta sive vere etiam viventia, at quieta, desiderio teneatur spectandi et ipsa sese moventia et pugnas, quae corporibus videantur convenire, pugnantia. Eadem ratione ego etiam affectus sum in civitatem, quam lustravimus: libenter enim aliquem oratione percurrentem audire velim pugnas, quas civitas pugnet, quomodo has conserat cum aliis civitatibus, decenterque ad bellum proficiscatur, et in bellando institutioni et educationi convenienter se gerat, tum in rebus gerendis, quam in sermonum commercio, cum singulis civitatibus habendo.*' cett. (73). Atque deinde Critias, monente Hermocrate, λόγον instituit ἐκ παλαιᾶς ἀκοῆς, — μάλα μὲν ἄτοπον, παντάπασί γε μὴν ἀληθῆ, ὡς ὁ τῶν ἑπτὰ σοφώτατος, Σόλων, ποτ' ἔφη. Critias maior, huius nostri avus, illam narrationem, a patre Dropide (74), Solonis familiarissimo, acceptam, nepoti puero ipse nonagenarius olim tradiderat, ubi musico quodam solemni quum ceterorum poetarum carmina certaminis

---

(72) De re pub. lib. X.

(73) Platon. Timaeus p. 19, b.

(74) Proclus ad Tim. p. 25 sq. cf. Scholia in Platon. ed. Ruhnken. p. 201.

causa a pueris recitata erant, tum maxime Solonis, tunc temporis nova. Atque eundem Solonem omnium poetarum liberalissimum esse tribulium quisquam publice iudicaverat. Senex autem ridens: *Nisi vero, inquit, Amynandre, obiter in poesi se exercuisset, sed serium ad eam studium contulisset, sicut alii, et narrationem, quam ex Aegypto huc adduxerat, absolvisset, nec seditionibus aliisque malis, quae repererat huc reversus, coactus fuisset eam negligere* (75), *mea quidem sententia neque Hesiodus, neque Homerus, neque alius quisquam poetarum ipso unquam praeclarior evasisset* (76) Socrates, audiendi cupidissimus, ut narrandi initium faciat, exhortatur Critiam, qui

---

(75) Plutarchus in Solone 31 extr. aliam causam enarrat: ὁ δὲ Σόλων, ἀψάμενος μεγάλης τῆς περὶ τὸν Ἀτλαντικὸν λόγον ἢ μύθον πραγματείας, ὃν διήκουσε τῶν περὶ Σάϊν λογίων προςήκοντα τοῖς Ἀθηναίοις, ἐξέκαμεν, οὐ δι' ἀσχολίαν, ὡς Πλάτων φησὶν, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ γήρως, φοβηθεὶς τὸ μέγεθος τῆς γραφῆς. Si utramque causam accuratius inspexeris, neutram propri• a vero aberrare persuasum tibi habebis. Solon enim, ex itinere regressus, patriam a Pisistrato aliisque turbatam moleste tulit, unde colligi potest seditiones, coniunctas cum malo senectutis, Solonem a persequendo consilio avocasse. Negare quidem nemo potest Plutarchum levitate quadam inspexisse Platonis locum, quum Solonis quibusdam, quos laudavit, versiculis suam sententiam stabilire Platonisque evertere opinatus sit. Neque tamen, ut fecit *Socherus* in libro de Platonis scriptis, Monachii 1820 Germanice edito (p. 375), hoc loco interrogandum est, utri fidem praestemus, Platoni, an Plutarcho? Neutrius opinio talis est, qualem prorsus falsam esse iudicemus, verum utramque satis firmis constitutam esse fundamentis concedi potest, ita ut Plutarchus Platonis relationem magis explicuisse videatur. Namque in Platonis κακοῖς τε ἄλλοις senectus quoque comprehenditur.

(76) Tim. p. 21, c.

deinde in Aegypto ait *Saïm* urbem habere principem deam, cui nomen Νηΐθ, Graece autem ex Aegyptorum interpretatione Ἀθηνᾶ. Solonem apud sacerdotes (77) illius deae quam honorificentissime acceptum, multa de vetustissimis fabulis verba fecisse, ubi sacerdotum aliquis natu maior exclamaverit: Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν (78). Cuius quidem rei causam attulisse senem eundem, quod magna antea fuissent hominum exitia, ab igne et aquà potissimum profecta, quibus Aegyptii propter montium iuga, Nilum persequentia, prae ceteris gentibus vacavissent: qua propter apud ipsos antiquissima rerum monumenta in templis descripta asservari, apud ceteras gentes nuperrima sola litteris esse mandata. Sic Athenienses ignorare in ipsorum terra clarissimum olim ante Deucalioneas undas floruisse hominum genus et optimum, eorumque urbem domi militiaeque inter omnes eminuisse: communem deam ante novem annorum millia condidisse *Athenas*, ex Terra et Vulcano acceptis seminibus, et deinde, singulis annorum millibus interiectis, *Saïm* Aegyptorum. Atque multas esse, pergit ille sacerdos, Saïtis et Athenarum in multis rebus similitudines, in legibus, in separatis hominum classibus, ut Sacerdotum, opificum, pastorum, venatorum, agricolarum, militum, in armatura, in sapientiae artiumque disciplinis. Quae omnia Minervam tradidisse Atheniensibus, aëris quoque temperie ad procreandos homines ingeniosissimos maxime idoneis. Ex omnibus unam, quam Annales Aegyptiaci commemorarent, magnitudine et virtute excellere rem, olim ab Atheniensibus fortissime gestam;

(77) Plutarch. Solon. 26 sacerdotum nomina quoque indicavit, unde apparet eum ex aliis etiam, ac Platonicis, hausisse fontibus: cf. de Iside et Osiride 10.

(78) Tim. p. 22.

quippe qui immensis hominum agminibus, ex Atlantide insula omnem Europam atque Asiam invasuris, virtute et magnanimitate repugnavissent, eoque modo Europaeos ab servitute liberavissent. Insulae isti, in Atlantico mari post columnas Herculis positae, utraque, Libya atque Asia, maiori, admirabilem fuisse regum potentiam, utpote quae et aliis multis insulis, et Libyae parti usque ad Aegyptum, atque Europae ad Tyrrheniam usque imperavissent. Postea terrae motu inusitato atque diluvio orto, tam Athenas quam Atlantidem insulam evanuisse. Quae hactenus enarraverit, Critias summam tantummodo esse dicit illius narrationis, quae Socratis rem publicam, imagine formatam, monumentis rerum gestarum tanquam animare videatur. Deinde Critias: Νῦν οὖν, inquit, οὗπερ ἕνεκα πάντα εἴρηται, λέγειν εἰμὶ ἕτοιμος, ὦ Σώκρατες, μὴ μόνον ἐν κεφαλαίοις, ἀλλ', ὥςπερ ἤκουσα, καθ' ἕκαστον· atque se ipsum ait, postquam Timaeus inde a rerum primordiis usque ad hominum naturam disputaverit, ad Solonis narrationem transiturum (79).

Sed omnem illum Platonis dialogum si quis ad calcem percurrerit, unum Timaeum disserentem inveniet, Critiam desiderabit. Minime tamen omnem nobis invidit fortuna Critiae sermonem in fragmento longioris spatii, eiusdem Critiae nomine inscripto. Critias, indulgentia a ceteris impetrata, filum orationis, in Timaeo abruptum, denuo excipiens, istorum Atheniensium hostiumque vires et res publicas describendi initium facit. Dii olim universam terram iustis partitionibus inter sese sortiti erant: *Alii quidem deorum alios locos, sorte ductos, exornarunt, Vulcanus vero et Minerva, communem naturam habentes*

---

(79) Tim. p. 26.

simulque cognatam, ut qui eodem patre nati, et philosophia artiumque studio eodem perducti, unam ambo sortem acceperant hancce terram, utpote idoneam et accommodatam virtuti ac prudentiae, virosque bonos quum generassent indigenas, eorum animo infixerunt rei publicae ordinem: quorum nomina quidem servata sunt, opera tamen interitu eorum, qui accepissent, temporisque longinquitate evanuerunt. Superstes enim quodque genus relictum est montanum et litterarum expers, quod terrae dominatorum nomina tantum audiverat et praeter haec paululum de rebus gestis (80). Heroum, Cecropis, Erechthei, Erichthonii, Erisichthonis aliorumque, qui ante Theseum memorantur, ipsarumque mulierum (quippe quibus tunc temporis cum viris communia fuissent opera belli) nomina tantum servata sunt, facta oblivioni tradita. Omnis gens in diversas classes distributa erat: alii, seorsum viventes, agros artesque coluerant; alii ad defendendam patriam custodum muneribus functi erant: terrae Atheniensis fines attigerant Isthmum et Asopum fluvium; natura terram ipsam mirifica quadam prosperitate donaverat. Athenarum atque Acropolis maior fuerat amplitudo: exteriora habitaverant artifices et agricolae, superiora prope Minervae et Vulcani templum rei publicae custodes (μάχιμον γένος, πολιτῶν φύλακες), habentes septentrionem versus communes aedes et convivia hiemalia, austrum versus hortos, gymnasia, coenaculas, aestate adhibendas. Numerus militum, mulierum aeque ac virorum, fuerat viginti millium. Haec de vetusta Atheniensium civitate.

Iam progreditur Critias ad civitatis Atheniensis adversarios, qui Atlantidem insulam tenuerant, hunc in modum

---

(80) Critias p. 109, c.

incipiens: *Hoc etiam exiguum narrationi nos praemittamus oportet, ne saepius audientes Graeca barbarorum virorum nomina miremini; causam enim eorum praecipietis. Solon videlicet, quum in animo haberet ad poesim suam adhibere narrationem, perscrutatus nominum vim, comperit primos illos Aegyptios ea litteris consignasse in ipsorum linguam translata, atque ipse rursus singulorum nominum significationem accepit et in nostram linguam transcripsit. Et haec quidem* SCRIPTA *apud avum meum erant et adhuc sunt apud me, et puer quum essem me in illis exercui* (81). — Atlantis insula Neptuno sorte assignata erat, qui, mortali uxore, cui nomen *Clitonis*, in matrimonium ducta, quinque filiorum geminos partus procreaverat: collem, quo eius domicilium fuerat, sic circumdederat fossa, ut, arte navigandi incognita (82), nemini aditus pateret, et, quibus potuerat utpote deus, instruxerat ornamentis. Omnem diviserat insulam in partes decem, quarum singulas singulis filiis regendas tradiderat, ita tamen, ut natu maximus, cui nomen fuerat *Atlas*, unde insula ipsa *Atlantis* appellata erat, materna regione accepta, reliquorum rex, hi vero (quorum nomina ex ordine recensentur haecce: *Eumelus*, alter primi gemini partus, *Ampheres* et *Eudaemo*, *Mneseus* et *Autochtho*, *Elasippus* et *Mestor*, *Azaës* et *Diaprepes*) multarum gentium principes constituti essent. Qui quidem omnes cum posteris per multas hominum ae-

(81) Critias p. 113, a.

(82) Obiter hic introducamus aliquem, hanc Platonis sententiam deridere studentem: *Quomodo,* inquit, *Neptunus istam fossam transgressus est? O Plato, Plato!* — Quomodo Neptunus, qui tamen deus sit aquarum? V. *Neue Welt- und Menschengeschichte. Aus dem Franzoes.* (scriptore *Delille*) Mit Zusätzen von *M. Hissmann.* T. 1, p. 556.

tates ibi dominati erant, omnium autem princeps fuerat Atlantis genus, cuius primogenitus quisque in regnum pervenerat, simulque immensas divitiarum copias contulerant. Natura ipsa omnium metallorum, animalium, plantarum atque frugum genera nobiliora produxerat. Tum sequitur munitionum, portuum, templorum, regiarum, magistratuum, legum, sacrificiorum, iudiciorum et ceterorum descriptio, quam apud ipsum Platonem elegantissime propositam inspicere velis.

Tali tantaque potentia ac felicitate fruiti erant reges ceterique insulam Atlanticam habitantes: quum autem, divinae particula mentis exstincta, mos humanus praevaluisset, tunc scelera et iniuriae et quaecunque huc spectarent, serpserant per omnium vitas stupra et flagitia. Θεὸς δὲ ὁ θεῶν, Ζεὺς, ἐν νόμοις βασιλεύων, ἅτε δυνάμενος καθορᾶν τὰ τοιαῦτα, ἐννοήσας γένος ἐπιεικὲς ἀθλίως διατιθέμενον, δίκην αὐτοῖς ἐπιθεῖναι βουληθεὶς, ἵνα γένοιντο ἐμμελέστεροι σωφρονισθέντες, ξυνήγειρε θεοὺς πάντας εἰς τὴν τιμιωτάτην αὐτῶν οἴκησιν, ἣ δὴ, κατὰ μέσον παντὸς τοῦ κόσμου βεβηκυῖα, καθορᾷ πάντα, ὅσα γενέσεως μετείληφε, καὶ ξυναγείρας εἶπεν . . . . . Cetera desiderantur in Platonis Critia.

Iam denique tempus erit veterum et recentiorum opiniones praestantiores, quas nos quidem inspeximus, de Atlantide conceptas diligentius examinandi.

Primum, quod nobis in promptu est, veteris scriptoris iudicium legitur apud Strabonem, qui Posidonii de Atlantide sententiam exhibet hancce: Τὸ δὲ ἐξαίρεσθαι τὴν γῆν ποτε, καὶ ἰζήματα λαμβάνειν, καὶ μεταβολὰς τὰς ἐκ τῶν σεισμῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ὅσα διηριθμησάμεθα καὶ ἡμεῖς, ὀρθῶς κεῖται παρ' αὐτῷ (sc. Ποσειδωνίῳ)· πρὸς δ' καὶ τὸ τοῦ Πλάτωνος εὖ παρατίθησιν, ὅτι ἐνδέχεται καὶ μὴ πλάσμα εἶναι τὸ περὶ τῆς νήσου

τῆς Ἀτλαντίδος, περὶ ἧς ἐκεῖνος ἱστορῆσαι Σόλωνά φησι, πεπυσμένον παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων· ὡς ὑπάρχουσά ποτε ἀφανισθείη, τὸ μέγεθος οὐκ ἐλάττων ἠπείρου· καὶ τοῦτο βέλτιον οἴεται λέγειν ἢ διότι ὁ πλάσας αὐτὴν ἠφάνισεν, ὡς ὁ ποιητὴς τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος (83). Hinc satis intelligitur Posidonium, quidquid Plato de Atlantide tradiderit, non pro ficto iudicavisse (quod quidem argume..tum, ab nostro consilio proprie alienum, haud prorsus omittendum arbitrati paulo infra considerabimus), deinde (quod nobis plurimum valet) eum non dubitavisse, quin Plato Solonem ista omnia a sacerdotibus Aegyptiacis audivisse vere retulerit.

Strabonem vel potius Posidonium excipit Plutarchus, quem quidem in omnes Solonis vitae rationes accuratissima diligentia inquisivisse neminem spero infitiaturum. Is autem Platonem, ut vera narrantem de Solonis proposito, omnino sequitur, atque magnopere dolet eundem Platonem opus istud Atlanticum, a Solone iam neglectum, ipsum quoque inchoatum tantummodo reliquisse: *Plato, inquit, sicut regionis amoenae fundum desertum, argumentum Atlanticum, ad ipsum pertinens secundum cognationem, pertractandi et exornandi studiosus, vestibula quidem magna, septa et atria principio circumstruxit, qualia oratio nulla alia habuit, nec fabula, nec poesis: sero autem aggressus, ante opus vitam amisit, et quo magis, quae scripta sunt, oblectant, eo maiorem moestitiam infert opus praetermissum. Ut enim urbs Atheniensium Iovis Olympii templum, ita Platonis sapientia Atlanticum opus inter multa*

(83) Strab. II, p. 102. cf. Posidonii Reliquiae ed. Bake p. 83 sq. Eustath. ad Odyss. I, 51 (p. 1389). De insula quadam trans columnas Herculis, nomine quidem haud designata, traduntur etiam pauca apud *Pseudo-Aristotelem de mirab. auscultationibus* 85.

praeclara solum imperfectum reliquit (84). — Quantum distat hoc Plutarchi aequum idemque verissimum iudicium ab recentiorum cuiusdam iniquo et commenticio? Est is enim *Socherus*, qui in libro de Platonis scriptis (p. 370) hancce sententiam suam proponit: *Für uns ist der Verlust* (sc. Critiae imperfecti) *nicht gross, wenn anders die Fortsetzung nicht besser, als der Anfang gerathen war. Der Verfasser dieser atlantischen Utopie äussert eine sehr materielle Denkart: überall staunt er das Kostbare, das Reiche, das Glänzende an: gleich einem statistischen Tabellenmacher weiss er von jedem Kanale, Landstriche, u. s. w. genau die Maasse der Länge und Breite anzugeben: nirgends kommt — wir wollen nicht sagen von einer Idee oder ethischen Ansicht (denn diese mochten der Folge vorbehalten seyn) — sondern auch nur von einer dem Platon überall gewöhnlichen Blume der Diction eine Spur vor. Diese theils positiven theils negativen Merkmale des Kritias entsprechen auf keine Art dem Geiste Platons: da nun für uns die Vergleichung Platons mit Platon das einzige entscheidende Kennzeichen der Echtheit seiner Schriften ist, so trage ich kein Bedenken, dieses Fragment für unplatonisch zu halten.* — Nobis iam suffecerit, si ea, quae in isto Critiae fragmento tradita sunt, ut a Solone profecta comprobata essent: verum, ubi concesserimus Platone totum hoc fragmentum indignum censendum esse, quis tandem nobis persuadebit Solonem vere totius argumenti Graecum esse auctorem? *Timaeum* sane uno et antiquitatis et nostrae aetatis ore ad Platonem referri certissimum est: in quo quidem, ut supra vidimus, Critias, quae iam summatim perscripserit, copiose quoque se expositurum esse pollice-

(84) Plutarch. Solon. 32. cf. Eiusdem, Non posse suaviter vivi secundum Epicurum 10.

tur: Timaeus de natura rerum usque ad finem totius dialogi disputans intercedit, qui principio Critiae (et quisnam sanae mentis hic etiam solemnem dictionem Platonicam desiderabit?) Ὡς ἄσμενος, inquit, ὦ Σώκρατες, οἷον ἐκ μακρᾶς ἀναπεπαυμένος ὁδοῦ, νῦν οὕτως ἐκ τῆς τοῦ λόγου διαπορείας ἀγαπητῶς ἀπήλλαγμαι! et deinde Critiam ad disserendum provocat. Quod ad primum Socheri argumentum, dubito, an quis dicere possit scriptorem Critiae in iis collocandum esse, qui omnia ad sensus referant, propterea quod pretiosa, copiosa, splendida, alia eiusmodi, ipsi auditu cognita, commemoraverit: ut autem nemo unquam scriptorem rerum, quamvis haud insigniter gestarum, ipsum reprehendit, ita omnino accusandus non est, si quis, ut proverbio loquimur, relata retulit. Cui rei accedit etiam, quod Solon, totius narrationis Graecus auctor, quum permultis aliis in rebus, tum maxime in civitatis regendae gubernaculis atque in virtute exercenda Athenienses et ceteris et praecipue Atlanticis hominibus praestantiores celebrare voluit: Athenienses, quales olim fuerant, nulla divitiarum sollicitudine affectos, Atlantidis incolas iis abundantes, et tamen illos horum victores descripsit. An forte quisquam ab re publica, qualis in vita appareat, aliena esse censet, quae ita leguntur apud Platonem? Καὶ διεκόσμητο, ὡς εἰκός, ὑπὸ γεοργῶν μὲν ἀληθινῶν καὶ πραττόντων αὐτὸ τοῦτο, φιλοκαλῶν δὲ καὶ εὐφυῶν, γῆν δὲ ἀρίστην καὶ ὕδωρ ἀφθονώτατον ἐχόντων καὶ ὑπὲρ τῆς γῆς ὥρας μετριώτατα κεκραμένας (85). Cur autem (ut ad alterum argumentum progrediamur) hic dialogus Platonicorum numero eximendus sit, quoniam Critias terrarum ceterorumque locorum

---

(85) Critias p. 111 extr.

fines accurate descripserit, nemo intelligere potest; nec sane *Schleiermacherum*, *Astium*, *Bekkerum*, alios, auctores sine dubio gravissimos, tale quippiam offendisse videtur, quippe qui ad unum omnes nostrum germanis Platonis scriptis attribuere nunquam dubitaverint (86). Nec denique iidem viri penuriam dicendi flosculorum, quales apud Platonem admirari soleamus, sensisse videntur. Non enim sufficit, se aliquid desiderare opinari quempiam, iustas reddat rationes necesse est, praesertim ubi totius antiquitatis auctores gravissimi in vindicando aliquo libro consentiant.

Praeter Strabonem et Plutarchum bini ecclesiae Patres de Atlantide quaedam tradiderunt, quorum prior, *Iulius Africanus*, in libris Chronographiae immensum illum annorum numerum, quem supra indicavimus, a sacerdotibus Aegyptiacis effictum esse iudicavit (87); alter, *Eusebius*, praeter rem ipsam nihil peculiare memoriae prodidit (88).

Iudicium de Atlantide inter permultos scriptores recentiores, imprimis Francogallicos, rectissimum reliquisse videtur *Hissmannus*, qui in additamento ad librum supra laudatum (p. 184 sqq.), quaecunque apud Platonem de Atlantide tradantur, ea Solonem partim epico carmine complectendi initium fecisse, partim in adumbratione reliquisse enuntiat. *Astius* ea quidem in re nostrae opinioni accedit, quod omnem de Atlantide narrationem non a Platone fictam esse arbitratur, sed potius in numero earum fabularum collocandam, quas veteres de perditis gentibus

---

(86) V. *Schleiermacheri* Introduct. Oper. Platon. Tom. I, p. 35 et 45. *Ast* über Platons Leben u. Schriften p. 372 sqq. Voss alte Weltkunde p. XXVL in Jen. Litteraturz. 1804, T. II.

(87) Operum Tom I, p. 363.

(88) Praeparat. Evangel. lib. X, p. 471 ed. Colon.

mirandisque regionibus, de Meropide aliisque (89) habuerint: idem tamen doctissimus vir minus distincte sententiam suam profert, ubi dicit (p. 374): *Die Erzählung scheint sich auf eine mythische Sage zu stützen, die Platon vielleicht den ägyptischen Priestern verdankte, wie er im Timaeos anzudeuten scheint.* Immo Plato evidentissime effatur Solonem omnem fabulam istam, ab Aegyptiacis sacerdotibus acceptam, ad Graecos transtulisse (90), minime ipsum aut alium quempiam illam finxisse aut ab Aegyptiis accepisse.

Ante omnia demonstrandum erit Soloni ita propositum fuisse, ut epico poemate vetustissimorum Atheniensium Atlanticarumque gentium res gestas describeret. Quomodo, quaesumus, dicere potuit Plato Solonem, si Atlantidem suam usque ad finem perduxisset, utroque, tam Homero quam Hesiodo, poetam evasurum fuisse praeclariorem? Ponamus etiam (licet hic fieri nequeat) Platonem celeberrimo peregrinatori, qualis fuit Solon, attribuisse narrationem, quam ipse audivisset: verum, mehercle, tantane potuit audacia peccare in Homerum atque Hesiodum, omnium Graecorum ore tanquam divinos poetas, nisi ipse, philosophorum quasi deus, sic habuisset persuasissimum? Profecto, Critiae isti maiori, Solonis familiarissimo, ista verba apposuit Plato; verum haec opponenti nulla potest esse Platonis singularis philosophia, nulla uspiam Platonica fides, nulla denique in quacunque re Platonis auctoritas. Platonem igitur suam ipsius sententiam simul proponentem defendamus necesse est. Quid autem? tam im-

---

(89) Aelian. V. H. III, 18. ib. Perizon. p. 247. Voss alte Weltkunde l. l.

(90) Tim. p. 21, c. Crit. p. 108. extr.

prudentem, tam mendosum ducamus Platonem, qui Solonis de Atlantide ipsa servari scripta affirmaverit (91), quae nunquam exstitissent? Atque illud alterum quoque, Solonem fortasse a Platone ipsius nomine disserentem prolatum esse, hanc ob causam prorsus negandum est, quia non semel, sed iterum atque saepius affirmatur omnem narrationem proficisci a Solone, et tam multae ac diversae accedunt res, quas a Platone fictas haberi nefas videatur. Quid multa? si hac in re Platonem finxisse putamus, idem ceteris similibus locis accipiendum est, nec verum esse potest, quod alibi traditur a Platone, Critiam illum maiorem a Solone carmine celebratum esse (92), quum tamen Aristoteles huius ipsius poematis versum laudaverit (93). Platonem igitur consequentes, cui itidem respondet in Solonis vita Plutarchus, ad magnum illud Solone dignissimum consilium breviter describendum omnisque fabulae probabilem causam evolvendam transgrediamur.

Ubi primum Aegyptus patuit peregrinis, quisquis Graecorum sapientiae gloriaeque domi iam comparatae quasi fastigium imponere voluit, in mirificam istam, quam perhibent, terram profectus est. Aegyptiorum eruditissimi, qui fuerunt sacerdotes, singulari quadam ratione Graecorum cupiditatem studiumque novarum rerum in suum commodum convertere potuerunt: vetustas Graecorum fabulas cognoscendi studiosissimi, omnem illorum antiquitatem ita conformarunt, ut ad Aegyptum primam politiorem humanitatem revocaverint, unde aliis gentibus, imprimis Graecis, communicata sit. Sic apud Herodotum (II, 54) oraculi Dodonaei Epirici origo, auctoribus Aegyptiacis sacer-

(91) Crit. p. 113, a.
(92) Tim. p. 120 sq. Charmid. p. 157, e.
(93) Art. Rhetor. I, 15. cf. ad Fragm. κ'.

dotibus, ex Aegyptiorum Thebis deducitur, quod tamen haud dubie ex sacra Graecorum vel potius Pelasgorum sede, quae, itidem appellata *Dodona*, vetustissimis temporibus in Thessalia floruerat, profectum esse liquet (94).

(94 Achilles apud Homerum Iliad. π, 233 sqq. Iovem invocat hisce versibus:

> Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικέ, τηλόθι ναίων,
> Δωδώνης μεδέων δυςχειμέρου· ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ
> σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι!
> ἠ μὲν δή ποτ' ἐμὸν ἔπος ἔκλυες εὐξαμένοιο,
> τίμησας μὲν ἐμέ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν. κ. τ. λ.

Per sese apparet Iovem, a quo prius etiam Achilles, si quid voluerit, precibus impetraverit, deum patrium habendum esse: quocum praeterea consentiunt veteres Grammatici, qui in Thessalia Iovis oraculum olim fuisse perhibent. V. *Heynii excurs.* II ad *Il.* XVI *de Iovis Dodonaei religione.* Sed maiore etiam utimur auctoritate, ipsis carminibus Homericis; scilicet in Catalogo navium β, 748 sqq. regio, qua sita fuerit Thessalica Dodona, sic describitur:

> Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας·
> τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί,
> οἳ περὶ Δωδώνην δυςχείμερον οἰκί' ἔθεντο,
> οἵ τ' ἀμφ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο·
> ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίρροον ὕδωρ. κ. τ. λ.

Ubinam terrarum quaerimus *Peraebos*, nisi in Thessalia, ubi *Titaresium* fluvium, ubi *Peneum*? Quid? Aegyptiaci sacerdotes rerum ad Graeciam pertinentium maiores nobis sint auctores, quam Homerus? Minime. *Suidas* apud Strabon. VII, p. 329 extr. vere tradidit in regione Thessalica fuisse templum Iovis, unde religio Iovis Dodonam, in Epiro sitam, translata sit. Atque Dodonaeum illud oraculum vetusto tempore tantopere inclaruerat (v. Odyss. ξ, 327 sqq. cf. 335), ut Herodoti aetate Thessalici vetustior gloria atque etiam memoria interisset.

Idem valent, quae de Cecrope, de Danao aliisque vulgo traduntur. Idem ille Herodotus obiter observavit Solonem quoque in Aegyptum migravisse, atque Plato cum Plutarcho certissime docet eundem, cum Aegyptiacis sacerdotibus conversatum, λόγον Ἀτλαντικὸν accepisse. Quatenus ad suum consilium spectaverat, rectum iam perspexit Iulius Africanus loco ex Chronographia supra laudato. Idemque de omni fabula ista miraculosa iudicandum esse videtur. Sed fortasse hic quisquam obiicere possit, quae apud Platonem semel atque iterum legantur, historiam esse, quamvis miram, tamen verissimam. Eundem tamen legere velim, quae rectissime observavit *Fr. Aug. Wolfius: Primum Graeci illi vetustiores, ut in physica doctrina et in multis locis philosophiae, ita in hac historica disciplina saepe temere ac praepostere sunt versati, utpote qui negligenter quaererent, quid verum esset, quid factum gestumve, et in vanarum rerum natura scrutanda sollertissimi essent* (95). Et quantum momenti Graeci tribuere soliti sunt auctoritati sacerdotum Aegyptiacorum? Profecto, penitus ficta esse non possunt, quae exstant apud Platonem: statuamus itaque totius fabulae Graecum fundamentum, ab Aegyptiis autem ita convulsum, ut vix quaedam vestigia veri persequi possimus; quae tamen possumus, indagemus. Et primum omnium, unde exordiamur, fontem nobis praebet ipse Homerus, cuius versus huc spectantes in Odyssea (ά, 48 sqq.) leguntur hi:

ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ,
δυσμόρῳ, ὃς δὴ δηθὰ φίλων ἄπο πήματα πάσχει,
νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ, ὅθι τ' ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης·

---

(95) Praef. ad Iliad. p. XII sq. cf. Welcker. Aeschyl. Trilogie Prometheus p. 528.

νῆσος δενδρήεσσα, θεὰ δ' ἐν δώματα ναίει,
Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος, ὅςτε θαλάσσης
πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
μακράς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν.

Nec vero hic unicus est locus, ubi, quae apud Homerum simpliciter atque obscurius offeruntur, apud posteros commutantur atque amplicificantur: Argonautarum expeditionem aliter apud Homerum atque posteros descriptam reperimus, apud illum ratione multo simpliciore suisque cognitionibus accommodata expositam, apud alteros varie amplificatam et auctam (96): similiter a Graecis poetis et mythographis Homero longe serioribus Aeneam, ab alio in alias et a novissimo quoque in regiones occidentem versus remotiores, migrantem esse effictum ingeniosissime docuit *Aug. Gu. Schlegelius*, praeceptor de studiis meis meritissimus: idemque censendum est de Herculis rebus gestis et migrationibus. Respiciendus est etiam locus Hesiodius:

καὶ τοὶ μὲν ναίουσιν, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες,
ἐν μακάρων νήσοισι, παρ' Ὠκεανὸν βαθυδίνην,
ὄλβιοι ἥρωες. τοῖσιν μελιηδέα καρπὸν
τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα (98).

Si quis bellum, quo omnia tendunt, inter Athenienses gentesque Atlanticas gestum, acrioribus mentis oculis intuitus fuerit, si deinde in memoriam sibi revocaverit,

---

(96) Qua de re v. *C. O. Mülleri* doctas disputationes l. l., T. I, p. 258-99.

(97) V. Eius censuram, quam fecit de *Niebuhrii historia Romana* in Heidelb. Jahrbücher 1816, p. 873 sqq.

(98) Ἔργα καὶ Ἡμερ. 168 sqq. cf. Theogon. 290.

quae de Minerva et Neptuno, una Athenarum, altero Atlantidis insulae participibus, exposita sunt: facile inveniet is totius fabulae mythologicum fundamentum. Quid mirum? Graecos ipsos eadem ferme ratione transformasse ἱεροὺς λόγους in fabulas, ad mortalium opera pertinentes, saepius animadvertere licet: sic *Helenam*, deam olim, levem eandemque amabilem mulierem descripsit princeps poetarum (99).

Nostra fabula, qualis partim, ut videtur, continuatione serieque rerum humanarum, partim sacerdotum Aegyptiacorum immutatione et additamento, partim denique ipsius Solonis ingenio et consilio ficta atque formata est, haec fabula, inquam, post Solonis etiam aetatem servata, ab Atheniensibus praecipuo honore habita esse videtur. Proclus enim ad Platonis Timaeum: *ἄλλος οὖν*, inquit, *οὗτος πέπλος, ὑπ' αὐτοῦ πόλεμον ἔχων, ἐν ᾧ νικῶσιν οἱ τρόφιμοι τῆς Ἀθηνᾶς, ἀνάγεται τῇ θεῷ, ὥςπερ ἐκεῖνος ὁ τῶν Παναθηναίων πέπλος ἔχει τοὺς Γίγαντας νικωμένους ὑπὸ τῶν Ὀλυμπίων θεῶν* (100). Tale quippiam a Proclo effictum esse non potest, neque intelligitur, quae causa eum ad effingendum adduxerit. Atque fausta etiam fortuna nobis servavit artis monumentum quod rem istam, a Proclo et altero scholiasta descriptam proponere videtur.

---

(99) V. Welcker. über eine Kretische Kolonie in Theben p. 8. 37.

(100) Pag. 26 extr. cf. Scholia ad Platon. ed. Ruhnken. p. 143. Ἐν οἷς (sc. τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις) πέπλος τις ἀνήγετο τῇ Ἀθηνᾷ, καθ' ὃν ἐδείκνυτο ἡ κατὰ τῶν Γιγάντων ταύτης τε καὶ ἡ τῶν Ὀλυμπίων νίκη θεῶν. Τὰ δὲ μικρὰ Παναθήναια κατὰ τὸν Πειραιᾶ ἐτέλουν· ἐν οἷς καὶ πέπλος ἄλλος ἀνεῖτο τῇ θεῷ, καθ' ὃν ἦν ἰδεῖν τοὺς Ἀθηναίους, τροφίμους ὄντας αὐτῆς, νικῶντας τὸν πρὸς Ἀτλαντίνους πόλεμον.

In Augusteo Dresdensi exstat Minervae signum (101), cuius media veste inde a sinu usque ad pedes longo tractu descendit fascia, undecim anaglyptorum campis ornata. Beckerus censuit Minervam hic indutam esse πέπλῳ, deorum Gigantumque pugnas exhibente. Sed nulli conspiciuntur Gigantes, quales alibi novimus, et quod edixit Beckerus, vetustiore fabula Gigantes apparere hominibus similes, locis classicis erat probandum. Post deae sinum qui primus est campus, is quidem partem figurae sub Aegide occultam habet; quae autem oculis offeruntur, ostendunt dimidium equum, anteriore pede exsilientem, post quem humanae figurae corpus adversum procedit, et cuius sub pedibus prostratum corpus humanum. Beckerus Iovem curru invehentem hic conspici opinatus, temere iudicavisse videtur. In ceteris campis anaglyptas videre licet sex pugnas binorum virorum et quatuor singularum mulierum cum singulis viris, quarum quae in quinto dimicat spatio, scuto armata, a Beckero iure meritoque pro ipsa Minerva habita est. Quae quidem omnia si contulerimus cum locis supra adscriptis, quisnam erit, qui in his anaglyptis illius alterius πέπλου, parvis Panathenaeis adhibiti, imitationem proditam esse negaturus sit? In Solonis Atlantide opera belli viris et mulieribus Atheniensibus communia descripta esse vidimus: atque hic sculptura Graecorum eandem rem in oculorum posuit conspectu. Ut denique redeamus ad primum campum, equus significat Neptuni donum, in certamine cum Minerva productum, prior figura humana Neptunum ipsum, altera humi prostrata repraesentare videtur eundem a Minerva certamine superatum (102).

---

(101) V. Augusteum, Dresdens antike Denkmäler. Herausg. von *W. G. Becker*. Tom. I, Tab. IX. X.

(102) Cf. Stuart's Antiquities of Athens. Vol. IV, Pl. I. II.

Haec sunt, quae de Atlantidis argumento in medio collocari posse videbantur: alii indicarunt aliter (103).

Properemus nunc ad totius disputationis finem, quo quidem, quid sacerdotes Aegyptiaci in fabula istac conformanda, quid Solon, quid Plato sibi proposuerint, paucis verbis declaretur. Nullum est ferme hominum genus, quod tantopere summae antiquitatis superstitiosis hariolationibus gloriatum esse videatur, quam sacerdotum, qui olim fuerunt in Aegypto, nullum, quod tanta etiam calliditate res qualescunque confirmare et Graecorum levem credulitatem singulariter nutrire eorumque auribus servire potuerit. Et quomodo, quae isti spectarunt, facilius erant consequenda, quam celeberrimum virum, qualis fuit Solon, ad portentorum suorum fidem commovendo? Et Solon ipse, quamvis sapientissimus ex septem, eo magis ad fabulam istam credendam idoneus fuit, quo vehementius Atheniensem populum coluit atque dilexit. Nec facile quidquam, quo suorum hominum animos ad virtutem et excelsitatem excitaret Solon, tantam vim atque effectum habere potuit, quantam maiorum spectata et per omnem terrarum orbem longe lateque diffusa fama virtutis ac no-

---

(103) Sic *Americam* quidam intelligendam esse putaverunt, quos quidem singulos enumerare alienum foret. V. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 18, Tom. I, p. 247 sqq. Fabricii Biblioth. Graec. T. III, p. 98 sqq. Beckmann. ad Pseudo-Aristotelem de mirab. auscultt. 85, p. 174. Ast. l. l. p. 375. — Alius est, qui narrationem de Atlantide referendam esse putat ad res ab Hebraeis gestas. V. Essai historique et critique sur les Atlantiques Par *F. C. Baer* à Paris 1762, 8. — *Ioannes Müllerus* in historia universa T. I, p. 74 de Atlantide iudicium enuntiavit hocce: *Solon war Dichter und Verfasser eines Ideals vollkommner Verfassung, wie sie in dem untergegangenen Welttheile Atlantika gewesen seyn dürfte.*

bilitatis (104). Denique Plato, ad quidnam aliud tetendisse putandus est, nisi ad eiusmodi animos quum renovandos in suis civibus conservandosque, tum ad probandum lectoribus rem istam publicam, quam Socrates imagine descripserit, in vitam quoque posse accommodari, dummodo velint qui in terra vivunt homines. Nec tandem oscitanter iudicavit Himerius rhetor, ita interrogans: τί Πλάτωνα σοφὸν ἐποίησε; simpliciterque respondens: Σόλων (105). —

IV. *De Trochaicis Tetrametris.*

Trochaicis tetrametris catalecticis ante Solonem usus erat Archilochus, qui vulgo huius metri inventor habetur (106). De Solonis tetrametris aliunde nihil novimus, nisi ex aliquot versibus, quos laudat Plutarchus.

Athenis per Epimenidem Cretem Cyloneo piaculo solutis, deinde novis exortis factionibus, Solon, utpote civis potissimum crimine vacans, nec divitibus, nec pauperibus inimicus, ad capessendum rei publicae gubernacu-

(104) Talia ad Atheniensium animos commovendos eximiam habuisse vim imprimis apparet ex oratorum frequenti commemoratione: sic Lycurgus in Leocratem p. 194 Reisk. Τοῦτο γὰρ ἔχει μέγιστον ἡ πόλις ἡμῶν ἀγαθὸν, ὅτι τῶν καλῶν ἔργων παράδειγμα τοῖς Ἕλλησι γέγονεν. Ὅσον γὰρ τῷ χρόνῳ πασῶν ἐστι ἀρχαιοτάτη, τοσοῦτον οἱ πρόγονοι ἡμῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀρετῇ διενηνόχασιν. κ. τ. λ. Αὐτόχθονας potissimum sese iactaverunt Athenienses. V. *Hüllmanni* Anfänge der Griech. Gesch. p. 49 sq.

(105) Oratio XXVI, 6, p. 828. ed. Wernsdorf.

(106) V. Archilochi Reliq. Ed. Io. Liebel. ed. II p. 27 sq.

lum componendasque seditiones creatus est. Ab utriusque factionis principibus tyrannidem sibi oblatam pro animi sui generositate veraque patriae caritate prorsus recusavit. Namque tali ferme modo, qualem distichis descriptum vidimus abipso Solone, per magistratus atque duces civitatem regendam esse censuit, non per tyrannum, ad suum arbitrium quidquid agentem. Quae quidem agendi ratio licet a Solonis familiaribus vehementer vituperata multisque aliis irrisa sit, ipse tamen omnino sibi constans permansit. Atque hac de re trochaicos versus scripserat Solon, ut Plutarchus (c. 14. 16) ait, ad Phocum quendam, cuius aliunde notionem habemus nullam. Primo fragmento minime se pudere dixit Solon, quod tyrannidem recusaverit; altero autem disserentes proponit eos, qui ipsum, tyrannidem sibi oblatam respuentem, irriserint; tertio denique illos ipsos ait, qui antea summi imperii occupandi suasores et auctores sibi fuissent, postea contemtione ac despicientia in se convertisse ora atque oculos.

V. De Iambicis Trimetris.

Ut neque Callinum, neque alium quempiam, qui nobis quidem innotuerit, elegorum inventorem statuere possumus, ita Archilochus quoque, qui vulgo perhibetur, *Iamborum* inventor esse nequit (107). Sed enimvero eosdem poetas utriusque generis excolendi omnium, qui ad

(107) V. Liebel l. l. p. 24, qui, quum ex Aristotele et quibusdam antiquis grammaticis constet, iambis iam Homerum in Margite usum esse, hexametris tamen immixtis, dissidium ita componendum opinatur, ut teneamus Archilochum vel iambum purum invenisse, vel etiam iambum continuum.

posteritatem pervenerunt, principes habendos esse eodem iure affirmetur necesse est, quo eos auctores putandos esse negetur. Ἴαμβος (108) proprie significat sermonem, qui in alios invehitur, quod et serio et ioco fieri potest: sicut elegi primitus ad lugubre, ita iambi ad acerbum et illudens carminis argumentum referendi sunt; et quod in illis observatur, ut genuinam significationem mutaverint et Ἐλεγεῖα postea unice de metro dicta sint, idem usu venisse iambis verissima rerum monumenta declarant. Atque Solonis iambici versus propriam indolem prorsus amisisse atque ad scenicam poesim quasi transitum fecisse videntur.

Versuum iambicorum (qui sunt nobilissimi, *trimetri acatalecti* sive *senarii*, iis usus est Solon in poematum reliquiis, et ita quidem, ut illos veteres iamborum scriptores sequutus, puros potissimum emiserit, atque tales licentias multo parcius sibi indulserit, quales apud poetas tragicos et comicos admissas videmus (109).

Aelius Aristides (T. II, 397 sq.) Solonem testatur conscripsisse libellum *in se suamque rei publicae administrationem*, ad eundemque referendos esse versus iambicos, ab ipso tali ordine, quali eos hodie legimus, et a Plutarcho (15. 16) per partes etiam laudatos. Nec vero Plutarchi, quam communicavit, opinio a vero aberrare videtur, eosdem versus celeberrimam istam Solonis Σεισάχθειαν, i. e. *rationem in aere alieno medendi* (110), spectari statuentis.

(108) Ex *ἰάπτειν*, *percutere*, ut ap. Soph. Aiac. 500 sq. *καί τις πικρὸν πρόςφθεγμα δεσποτῶν ἐρεῖ, λόγοις ἰάπτων.* Falso Aristoteles (Poet 4) ἴαμβος deducit ab *ἰαμβίζειν*. Immo hoc ab illo deducendum est.

(109) V. *Porson.* in supplem. praefat. ad Eurip. Hecubam p. XIX.

(110) Cf. Philochori Fragm. ed. Siebelis p. 39 sq. Heraclid. Pont. Fragm. I ed. Koeler.

Plura in universum praefari non opus est: suum quisque Solonis versibus intendat animum, illis quidem propriae laudi indulgentibus, iisdem tamen verissimis et iustissimis.

Quum Brunckius fragmentorum ordinem, qualis apud Aristidem legitur, inverterit, hanc in rem altius descendamus. Aristides: Ὁ δὲ δὴ Σόλων, inquit, καὶ βιβλίον ἐξεπίτηδες πεποίηκεν, ὥςπερ ἡμεῖς εἰς τὴν Ἀθηνᾶν, οὕτως ἐκεῖνος εἰς ἑαυτὸν (vulg. αὑτὸν) καὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν, ἐν ᾧ ἄλλα τε δὴ λέγει καὶ ταῦτα·

ἅμα γὰρ ἄελπτα σὺν Θεοῖσιν ἤνυσα,
ἅμα δ' οὐ μάτην ἔρδον.

ὁρᾷς, ὡς αὐθαδῶς καὶ οὐ σῆς συμβολῆς; καὶ ταῦτα μέν ἐστιν ἐν τοῖς τριμέτροις· ἐν δὲ τοῖς ἰάμβοις·

συμμαρτυροίη ταῦτ' κ. τ. λ.

Sed dicas mihi, quaeso, quid sibi velint verba: καὶ ταῦτα μέν ἐστιν ἐν τοῖς τριμέτροις· ἐν δὲ τοῖς ἰάμβοις. Sequentes versus nulline sunt trimetri, praecedentes nulline iambi? Equidem sane non possum, quin totum hunc locum ex glossemate profectum esse iudicem. In editione Iuntina legitur vel etiam τετραμέτροις pro τριμέτροις. Post unum et dimidium illum versum interloquitur Aristides, quod etiam paulo infra factum est, eosque Solonis versus plane omittit, quos a suo consilio alienos existimavit. Cur igitur Brunckius mutaverit ordinem, non intelligo, praesertim quum series sententiarum apud Aristidem bene procedat.

Iam denique restat versiculus, laudatus apud Diogenianum (II, 99) atque Apostolium (IV, 53), Paroemiographos, sine dubio referendus ad eiusdem libelli locum, quo de Archontis officio agitur (κέ, 30).

Praeter illos iambicos versus, ut ita dicam, politicos relicti sunt alii, quibus Solon diversa alimentorum et

luxuriae genera descripsisse videtur. Pentastichum, a Brunckio iam assumtum, exstat apud Athenaeum (p. 645), quocum iungenda est particula, a Polluce (p. 645) servata atque ex Casauboni ad Athenaeum emendatione ita legenda: Καὶ ἴγδιν δὲ τὴν θυείαν κέκληκε Σόλων, ἐν τοῖς ἰάμβοις λέγων·

Σπένδουσι δ' οἱ μὲν ἴγδιν, οἱ δὲ σίλφιον,
οἱ δ' ὄξος.

Nec profecto inepta est Lobeckii opinio, quippe qui Solonis versum, a Phrynicho (p, 396) laudatum, huic loco connectendum esse coniecerit: Καὶ γὰρ Σόλων ἐν τοῖς ποιήμασιν οὕτω χρῆται·

Κόκκωνας ἄλλος, ἅτερος δὲ σήσαμα.

VI. De Solonis scolio.

Quum praeter Diogenem Laërtium nemo sit, qui *Epodorum*, a Solone conditorum, i. e. illius carminum formae, in qua singulos versus longiores alteri breviores excipiunt, mentionem faciat, hac de re singularem disquisitionem prorsus omittamus Idem ille Diogenes (I, 61) laudavit scolium quoddam Solonis, praeterea incognitum: Τῶν δὲ ᾀδομένων αὐτοῦ ἐστι τάδε·

Πεφυλαγμένος κ. τ. λ. (Fragm. κζ.)

Neque de hoc carminum genere animus est accuratius disserere; repetenda enim forent, quae occupata sunt in doctissima *Ilgeni* commentatione de scoliorum poesi.

ΣΟΛΩΝΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΛΕΓΕΙΩΝ.

Ἐκ τῶν Ὑποθήκων εἰς ἑαυτόν.

ά.

Ἐς θ' ἥβης ἐρατοῖσιν ἐπ' ἄνθεσι παιδοφιλήσῃ,
μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

A n n o t a t i o n e s.

ά, V. 1. In Plutarchi vetustioribus editionibus legebatur ἐς Θήβης, unde Xylander interpretatus est *ad Thebas.* Gu. Canterus (Gruter. Thesaur. crit. T. III, p. 747) legendum esse coniecit ἔσθ' ἥβης, quam emendationem, in editione Francofurtensi iam receptam, Brunckius quoque retinuit, ita tamen, ut melius scripserit disiunctim ἔς θ' ἥβης, i. e. ἐς τὸ τῆς ἥβης, *quam diu in iuventute aliquis versatur.*

Παιδοφιλήσῃ. Ita ap. Plutarch. libri omnes, quod Brunckius sine iusta causa mutavit in —ήσεις.

V. 2. Hic pentameter in Ald. et Basil. valde mutilus legebatur, omisso verbo ἱμείρων, quod Canterus l. l. ex coniectura sese explevisse gloriatur. Sed maiore etiam delectamur auctoritate, quae huic versui medicinam praebeat. Athenaeus XIII, p. 602, e Καὶ γὰρ ὁ νομοθέτης Σόλων ἔφη·

β'.

Ὄλβιος, ᾧ παῖδές τε φίλοι, καὶ μώνυχες ἵπποι,
καὶ κύνες ἀγρευταί, καὶ ξένος ἀλλοδαπός.

γ'.

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐών, ἔτι νήπιος, ἕρκος ὀδόντων,
φύσας, ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἕπτ' ἔτεσιν.
τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσῃ θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτούς,
ἥβης ἐκφαίνει σπέρματα γεινομένης.

μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

In Plutarchi edition. Ald. et Bas. σώματος, qua tamen lectione ista Athenaei certissime praestat.

γ', V. 1 sq. Brunckius aliique recte distinguunt post φύσας. Omnium autem infelicissima interpretatio est Fortlagii, commate post νήπιος posito, ita exponentis: φύσας ἐκβάλλει pro φύει. — Sed quis negabit hic de emissione dentium agi? Similiter Herodot. VI, 107 ἕνα τῶν ὀδόντων ἐκβάλλει.

V. 3. τελέσῃ. Sic scripsi auctore Schaefero, pro vulg. τελέσει. Sic etiam V. 17.

V. 4. Apud Philonem legitur: Ἥβης ἐκφαίνει σήματα γεινομένης. Apud Clementem in ed. Florent.

Ἥβης δὲ φανείσης σπέρματα γινομένων. In ms. Paris.
— — — — — — γινομένης. In ed. Potteri.
Ἥβης ἐκφαίνει σπέρματα γεινομένης.

Σπέρματα angustiorem quidem exhibent notionem, σήματα magis generalem; verumtamen rationes criticae ducunt ad priorem lectionem. Hippocrates: παῖς δ' ἄχρι γο-

τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἐπὶ γυίων
λαχνοῦται, χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.

νῆς ἐκφύσεως, εἰς τὰ δὶς ἑπτά. *D. Ambrosius: Pueritia quoque usque ad annos pubertatis procedit et* GENITALIA TENTAMENTA. *Macrobius: Tunc enim moveri incipit vis generationis in masculis et purgatio feminarum.* Brunckius pro γεινομένης recepit γιγνομένης, sine iusta causa.

V. 5. *Schaeferus:* τῇ τριτάτῃ· *Subaudi* ἑβδομάδι, *quod latet in praegresso numerali* ἑπτά.

In Clementis ed. Flor. et Ms. Paris. exstat ἀεξομένων ἐπὶ γενύων, haud dubie ex glossemate profectum.

V. 6. Huius versus sententia optimum interpretem habet cum in Lucretii loco supra (p. 17) laudato, tum maxime V, 886 sq.

Tum demum, puerili aevo florente, iuventas
Officit, et molli vestit lanugine malas.

Deinde etiam apud Virgil. Aen. VIII, 160.

Tum mihi prima genas vestibat flore iuventa.

cf. Vers. 659.

λαχνοῦται, crebra mutatione litterarum Δ et Λ in prioribus editionibus Philonis legebatur δαχνοῦται, quod nullum est verbum. Hesych. v. λαχνοῦται· τριχοῦται, δασύνεται. Ceterum, si quis versus illos Lucretii et Virgilii comparaverit, verba χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης *a nemine omnium in hunc usque diem* (ut verbis Wakefieldi utar) *vel minima ex parte intellecta esse* observabit. Rectissime enim Wakefieldus ad Lucret. l. l. nostrum versum ita interpretatur: *Lanuginosus fit, cute genarum flore primulo barbae se vestiente.* Phavorinus: Ἀμείβομαι, τὸ περιβέβλημαι καὶ ἀμπέχομαι. Huc etiam accedit, quod Macro-

τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις ἐν ἑβδομάδι μέγ' ἄριστος
 ἰσχὺν, ἥντ' ἄνδρες σῆμα φέρουσ' ἀρετῆς.
πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι,
 καὶ παίδων ζητεῖν εἰςοπίσω γενεήν.
τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρός,
 οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.

---

bius huic sententiae omnino respondet: *Post ter septenos annos flore genas vestit iuventa.*

V. 7. Lectio Philon. παῖς ἐνὶ ἑβδομάδεσσιν ἄριστος, quum nullum praebeat sensum, pro falsa iudicanda est. Clemens: πᾶς τις ἐν ἑβδομάδι μέγ' ἄριστος. Sylburgius emendaverat πᾶς ἐνὶ ἑβδομάδ' ἐστὶν ἄριστος, quem sequutus est Brunckius, mutato πᾶς ἐνὶ in πᾶς τις ἐν. Recte *Schaeferus: Exemplum elisi ι perquam suspectum; nam ortum est ex emendatione parum probabili scripturae Philonis. Multo praestat scriptura Clementis.*

V. 8. Philo: οἵ τ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς, quam scripturam omnes editores sequuti sunt: verum me parumper offendit talis copulandi ratio, ita ut ad emendationem progrediendum esse censeam. Apud Clementem pro οἵ τ' legitur ἥν τ', sive ἥντ', quod ad ἰσχὺν referatur. Huic tamen lectioni minus bene congruit pluralis σήματ'. Nihil autem facilius, quam σήματ' ἔχουσ' mutari in σῆμα φέρουσ'. Sensus: *Robur in viris indicium virtutis.*

V. 9. Quam recepimus lectionem, ea exstat ap. Clem. et in Mss. Philonis, cuius editiones: μεμνημένον ἄρ γάμου εἶναι, quod metricis rationibus adversatur.

V. 10. εἰςοπίσω ex Clemente haud dubie praeferendum est Philonis lectioni ἐξοπίσω.

V. 12. Philo: ἔρδειν — ἔργ' ἀπάλαμνα. Clemens: ἐςι-

ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι μέγ' ἄριστος,
ὀκτὼ τ'· ἀμφοτέρων τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη.
τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ
πρὸς μεγάλην ἀρετὴν σῶμά τε καὶ δύναμις.

δεῖν ἔργα μάταια. Utramque lectionem si accuratius consideraveris, Philonis accedes: namque vocabulum ἀπάλαμνος antiquum est (v. Schneideri Lexic.) neque ad vulgaria pertinet, ita ut ἔργα μάταια explicandi causa adscripta posteaque pro genuina lectione in ordinem recepta esse videantur. Censorinus breviter complexus est sententiam hoc modo: *In sexta cupiditatibus imperari.* Ambrosius: *Sexta quoque hebdomas virili deputatur aetati, et ad prudentiae processum habili, et ad agendum strenuae.*

V. 14. Quod ad sensum, inspiciendi sunt Censorinus atque Ambrosius, quorum prior: *In septima*, ait, *prudentiam linguamque consumari, in octava eadem manere*: alter: *Septima quoque hebdomas et octava aevi maturum et sensum vigentem et sermonem non insuavis alloquii gratia praeditum produnt.*

V. 15. Brunckius vulg. ἔτι μὲν δύναται invertit sic: δύναται μὲν ἔτι. Quod quibus rationibus fecerit, nescio. Caesura huius versus est ἑφθημιμερής. Μαλακώτερα, vera lectio ap. Philon. consentiente Censorino: *In nona omnia fieri languidiora.* Clemens: μετριώτερα.

V. 16. Clementis lectio retinenda est: σῶμά τε καὶ δύναμις, licet adversante Ambrosio: *Nona hebdomas reliquias adhuc habet aliquas virium*, LINGUA *ac* SAPIENTIA *mollior.* Philo enim habet: γλῶσσά τε καὶ σοφίη. Brunckius ad suum arbitrium hanc varietatem lectionis tractavit ita:

τῇ δεκάτῃ δ' εἴ τις τελέσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο,
οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν, Μοῖραν ἔχοι θανάτου.

δ'.

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα,
Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ·

σώματι καὶ σοφίῃ. Lectio, quam commendandam censebamus, sensum exhibet talem: *Eius corpus atque vis languidior est ad virtutem exercendam.*

V. 17. Philo: τῇ δεκάτῃ δ' εἴ τις τελέσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο. Clemens: τῇ δ. δ' ὅτε δὴ τελέσῃ θεὸς ἑπτ' ἐνιαυτούς. Posterior lectio ex glossemate profecta esse videtur: nimirum si quis ad finem decimae hebdomadis pervenisse putandus est, eum septem annos implevisse oportet. Consentit Ambrosius: *Decima vero hebdomas mensuram implet, ad quam is qui pervenire potuerit non im maturo temporum cursu pulsabit mortis sera vestibula.*

V. 18. ἔχοι ap. Philon. praeferendum. Clem. ἔχει.

δ', V. 1. Plerique poetae ac mythographi hanc Musis originem tribuunt; alii autem eas Urani atque Terrae filias fingunt. V. Welcker. ad Alcman. Fragm. IX. Ad nostrum locum arcessendum est epigramma, ab eodem Welckero in Epigramm. Graec. Spicileg. N. 30 editum:

Αὐτὴ Μνημοσύνη, Διὸς εὔνετις, ἥ τέκε Μούσας.

V. 2. Valckenarius recte admonuit usitatiorem structuram esse κλῦτέ μου εὐχομένου. Theognis 13 eadem utitur verbi κλῦμι cum dativo structura: εὐχομένῳ κλῦθι.

ὄλβον ἐμοὶ πρὸς θεῶν μακάρων δότε καὶ πρὸς ἁπάντων
ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν,
εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν,
τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν.
χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω πάντως· ὕστερον ἦλθε Δίκη.

V. 3 sqq. Fortlagius mirum esse censet Solonem a Musis ὄλβον καὶ δόξαν ἀγαθὴν petere, quum alias tantum ingenii bona ab iis peti soleant, imprimis in carminum exordiis. *Petuntur tamen* (sic enim pergit) *fortunae et bona fama ab iis sic, ut ipsae a Iove eas habeant, tanquam auctore.* Immo sensus est hic: *Favete, Musae, ut per Deos felicitatem adipiscar, atque apud homines bonam existimationem.* Namque ad δότε referendus est infinitivus ἔχειν, unde pendent Accusativi ὄλβον et δόξαν. Et quum Solon ingenii donis, quas a Musis acciperet, felicitatem simul a diis et gloriam apud homines consequuturus esset, Musae ipsae harum rerum auctores putandae forent. Sequentes infinitivi εἶναι, ἰδεῖν item revocantur ad δότε.

V. 7 sqq. Hanc Solonis sententiam amplexus est etiam Theognis 197 sqq.

V. 7 et 8 laudantur a Plutarcho in Solone 2 et partim in Compar. Solonis et Poplic. 1. — Male distinguunt, qui colon post ἐθέλω ponunt. Immo ponendum est post πάντως, ut recte fecit Schowius. — Δίκη scribendum est, littera prima quadrata. V. Hesiod. Ἐργ. καὶ Ἡμερ. 239 sqq. cf. Theogon. 902.

V. 9 sq. Opposita sibi sunt πυθμήν et κορυφή. Πυθμήν, Hesychio interprete, idem est, quod βυθμήν, i. e.

πλοῦτος δ᾽, ὃν μὲν δῶσι θεοί, παραγίγνεται ἀνδρὶ
ἔμπεδος ἐκ νεάτου πυθμένος ἐς κορυφήν·
ὃν δ᾽ ἄνδρες τιμῶσιν, ὑφ᾽ ὕβριος οὐ κατὰ κόσμον
ἔρχεται, ἀλλ᾽, ἀδίκοις ἔργμασι πειθόμενος,

τὸ ἐν βύθει sive βάθει ὄν, *quod in profundo versatur, quod infimum est alicuius rei.* Sic Homer. Odyss. ν, 122 παρὰ πυθμέν᾽ ἐλαίης —. cf. 372. ψ, 204. Oraculum Iovis Dodonaeum ab Hesiodo (ap. Schol. ad Soph. Trachin. 1174) describitur ita: Ναῖον ἐν πυθμένι φηγοῦ. Solon infra 20 πυθμένα πόντου, *fundum maris.* Theognis 1003 οὔτ᾽ ἂν πορφυρέης καταδὺς ἐς πυθμένα λίμνης. Sicut πυθμὴν *infimum* alicuius rei, ita κορυφὴ *summum fastigium* est. Sensus: *Divitiae, a diis tibi datae, firmissimis fundamentis constitutae sunt, tanquam domus usque ad fastigium.* Haec interpretatio deorum numine longe dignior est, quam Fortlagii ita exponentis: *A minimis pecuniarum copiis usque ad summas facultates; petiit autem hoc a vase vel horreo, quo opes repositae sunt.* Immo haec significatio deducta est ab illa generali.

V. 9. Omnes Codd. quos contulit Schowius, habent πλοῦτος δ᾽ ὄν. Vulg. πλοῦτον δ᾽ ὄν.

V. 11. Passovius ad Musaeum p. 174 ineptam esse putat oppositionem in divitiis, quas dii *largiantur*, et, quas homines *colant*, ideoque coniecturam proponit κτίζωσιν pro τιμῶσιν. Sed nihil opus est hac coniectura Welckeri interpretationem sequentibus: *Quem dii fortunae muneribus augent, is firmus atque immotus stat; quem autem, deorum favore destitutum, homines extollunt honoribus aut divitiis augent* (τιμῶσιν), *is per insolentiam perit.*

V. 12. Similiter Xenophon. Cyropaed. I, 5, 3 δώροις καὶ χρήμασι ἀναπειθόμενοι.

οὐκ ἐθέλων ἕπεται· ταχέως δ' ἀναμίσγεται ἄτῃ·
ἀρχὴ δ' ἐξ ὀλίγου γίγνεται ὥςτε πυρός,
φλαύρη μὲν τὸ πρῶτον, ἀνιηρὴ δὲ τελευτᾷ·
οὐ γὰρ δὴν θνητοῖς ὕβριος ἔργα πέλει·
ἀλλὰ Ζεὺς πάντων ἐφορᾷ τέλος· ἐξαπίνης δὲ
ὥςτ' ἄνεμος νεφέλας αἶψα διεσκέδασεν
ἠρινός, ὃς, πόντου πολυκύμονος ἀτρυγέτοιο
πυθμένα κινήσας, γῆν κατὰ πυροφόρον
δῃώσας καλὰ ἔργα, θεῶν ἕδος αἰπὺν ἱκάνει,
οὐρανόν, αἰθρίην δ' αὖτις ἔθηκεν ἰδεῖν,

V. 16. Gesneri coniectura δήν pro δή postea confirmata est Schowii Codicibus A, C, E.

V. 21. *Vigerus* p. 88 observavit aliquando τὰ ἔργα in plurali significare *loca culta* et *arva*, atque *Hoogeveenus* hunc Solonis versum eodem retulit. Hoc loco καλὰ ἔργα significant hominum opera, quae ipsi perfecerunt in agris colendis pratisque rigandis. Homer. Il. μ, 283 ἀνδρῶν πίονα ἔργα. β, 338. et 614 ἔργα γυναικῶν, *opera mulierum, texendo facta.* Ἔργα igitur omnino sunt *opera*, quae versantur in rebus quibuscunque ab hominibus vel ab alia quadam causa in natura rerum perfectis.

V. 22. Brunckius, minus sibi constans, hoc loco et κέ, 26 scripsit αὖθις, paulo infra autem 31 et 35 αὖτις. Quare *Heinrichii* rationem, quam poematis Hesiodiis adhibendam proposuit in *Epimetro ad Twesteni comment. Hesiod.* p. 70, Solonis item carminibus accommodamus. Differentia, quam statuit Ammonius p. 29 nihili est. Verius Suidas v. αὖθις· τὸ μὲν αὖθις Ἀττικόν, τὰ δὲ αὖτις Ὁμηρικόν.

λάμπει δ' ἠελίοιο μένος κατὰ πίονα γαῖαν
  καλὸν, ἀτὰρ νεφέων οὐδὲν ἔτ' ἐστὶν ἰδεῖν·
τοιαύτη Ζηνὸς πέλεται τίσις, οὐδ' ἐφ' ἑκάστῳ,
  ὥςπερ θνητὸς ἀνήρ; γίγνεται ὀξύχολος.
αἰεὶ δ' οὔ τι λέληθε διαμπερές, ὅςτις ἀλιτρὸν
  θύμον ἔχει, πάντως δ' ἐς τέλος ἐξεφάνη.
ἀλλ' ὁ μὲν αὐτίκ' ἔτισεν, ὁ δ' ὕστερον· ἢν δὲ φύγωσιν
  αὐτοὶ, μηδὲ θεῶν Μοῖρ' ἐπιοῦσα κίχῃ,
ἤλυθε πάντως αὖτις· ἀναίτιοι ἔργα τίνουσιν

V. 23. In Stob. Ms. Paris. legitur κατὰ πίονα γαῖαν, superscripta altera lectione κατ' ἀπείρονα γαῖαν, quam praetulit Brunckius. Si quis lectionem Codicum cum alia commutare voluerit, ante omnia demonstrare debebit illam adversari legibus linguae atque perspicuitati sententiae. Tyrtaeus I, 3 πίονας ἀγρούς. Qui superscripsit alteram lectionem, huius menti obversatum erat Homericum illud, quod inter omnes constat. V. Il. ή, 446. Odyss. ά, 98. έ, 46. Adiectivum πίων designat terrae fecunditatem. In ipsa rerum natura positum est, ut agri, quum tempestates pluviaeque fuerint, sole postea collucente, pingui quodam nitore splendescant.

V. 27. In Ms. Brunck. et in A, C Schowii legitur: αἰεὶ δ' οὔ τι λέληθε. Vulg. α. δ' οὔτε λ. Wyttenbach. ad Plutarch. de sera num. vind. p. 86 coniecit: Ἀλλά ἑ οὔτε λ.

V. 29. Ἢν δὲ φύγωσιν. Sic plures Codd. Schow. Vulg. εἰ δὲ φ. in Cod. Brunck. οἱ δὲ φ.

V. 31. Interpunctio post πάντως adversatur legibus artis metricae: namque interpunctio, quae post secundam thesim vel tempus VIII est, semper offendit, nisi in quarto

ἢ παῖδες τούτων, ἢ γένος ἐξοπίσω.
θνητοὶ δ' ὧδε νοεῦμεν, ὁμῶς ἀγαθός τε κακός τε·

---

pede caesuram ponere licet. Itaque *Ed. Gerhardus* in lectionibus Apollonianis p. 214 colon posuit post αὖτις, quae interpunctio Wyttenbachio iam placuerat ad Plutarch. l. l. Sensus: *Etsi homines improbi poenam effugerint, tamen alio tempore* (αὖτις) *haud dubie* (πάντως) *delicta luent, sive ipsi, sive eorum progenies.* Similiter supra V. 8 πάντως ὕστερον ἦλθε Δίκη. Atque vocabulo αὖτις significationem esse *alias, posthac, deinde*, hoc exemplis comprobari potest. Homer. Il. α, 140 ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις, i. e. *de his consultabimus alio tempore.* Herodot. VI, 75. cf. Viger. p. 391 sq. ibique Hermann. p. 782. Vulg. αὐτίκ' ἀναίτια· ut absurdum Brunckius iam improbavit.

V. 32. ἢ παῖδες τούτων, ἢ γένος ἐξοπίσω. Sic restituendum auctore *Piersono* Verisimil. p. 188. Vulg. οἱ παῖδες τούτων ἡγεμόνων ὀπίσω. Sed iam primum in Codd. Stob. scribitur ἢ παῖδες, quod, quum in hoc contextu omni sensu careret, editores mutaverant in οἱ π. Deinde in Codicis margine apud Brunckium scripta est emendatio ἢ γένος ἐξοπίσω, quod scriptorem ex alio Codice, non ex ingenio depromsisse verisimillimum est. Tum etiam ἡγεμόνων facile pro glossemate interpretandum esset, quod ad illustrandum τούτων aliquis adscripserat, ita ut postea librariorum negligentia pro germana lectione poneretur. Nec denique vox ἡγεμών apud Homerum, Solonem et Theognidem ulla alia significatione legitur, nisi qua sumitur pro Latina *dux*: sic apud Homerum saepissime, apud Solonem ιγ', 7. ιέ, 1, et Theognidem 41. 835. —

δεινὴν εἰς αὐτοῦ δόξαν ἕκαστος ἔχει
πρίν τι παθεῖν· τότε δ' αὖτις ὀδύρεται. ἄχρι δὲ τούτου
χάσκοντες κούφαις ἐλπίσι τερπόμεθα.
χ' ὅςτις μὲν νούσοισιν ὑπ' ἀργαλέῃσι πιεσθῇ,
ὡς ὑγιὴς ἔσται, τοῦτο κατεφράσατο.
ἄλλος, δειλὸς ἐών, ἀγαθὸς δοκεῖ ἔμμεναι ἀνήρ,
καὶ κάλλος, μορφὴν οὐ χαρίεσσαν ἔχων.

Posteriore primum aetate usu receptum esse videtur, ut *ἡγεμών* significaret *auctor*, neque hoc quidem more communi. Unicum exemplum, quod nobis quidem in promptu est, legitur apud Platon. Epist. VI, p. 323, d *καὶ τὸν τῶν πάντων θεὸν, ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ἐπομνύντας.* — Wyttenbach. ad Plutarch. l. l. p. 87 ex coniectura dederat *ἢ 'πογόνων ὀπίσω.* Sed ad illam lectionem refugiamus, probatam quoque Tyrtaeo III, 30 *καὶ παίδων παῖδες, καὶ γένος ἐξοπίσω.*

V. 34. A, C ap. Schow. habent *ἐνδὴν εἰς αὐτὸς δ.* E *ἐκδὴν ἢν αὐτὸς δ.* Solus autem B *δεινὴν εἰς αὐτοῦ δ.* cuius lectionis glossema habenda est Brunckii *ἐσθλὴν δ' εἰς αὐτοῦ δ.* Ex codicibusne suam sumserit lectionem Brunckius, non indicavit.

V. 37. Immerito Brunck. Codd. lect. *ὑπ' ἀργαλέῃσι πιεσθῇ* mutavit in *ὑπ' ἀργαλέης ἐπιέσθη.* Trinc. *ὑπαργαμέῃσι πιεσθῇ.*

V. 40. A, C, W ap. Schow. exhibent *καὶ κάλλος, μορφὴν*, quae quidem scriptura profecto, quum intellecta non sit, ab insciis librariis mutata est in *καλὸς, μ.* qualem videmus ap. Brunckium. Structura est haec: *καὶ μορφὴν οὐ χαρίεσσαν ἔχων κάλλος δοκεῖ ἔχειν.* Numerus quoque sic multo dulcior fluit.

εἰ δέ τις ἀχρήμων, πενίης δέ μιν ἔργα βιᾶται,
  κτήσασθαι πάντων χρήματα πλεῖστα δοκεῖ.
σπεύδει δ' ἄλλοθεν ἄλλος. ὁ μὲν κατὰ πόντον ἀλᾶται,
  ἐν νηυσὶν χρῄζων οἴκαδε κέρδος ἄγειν,
ἰχθυόεντ', ἀνέμοισι φορεύμενος ἀργαλέοισιν,
  φειδωλὴν ψυχῆς οὐδεμίην θέμενος·
ἄλλος, γῆν τέμνων πολυδένδρεον εἰς ἐνιαυτόν,
  λατρεύει, τοῖσιν καμπύλ' ἄροτρα μέλει·
ἄλλος, Ἀθηναίης τε καὶ Ἡφαίστου πολυτέχνεω
  ἔργα δαεὶς, χειροῖν ξυλλέγεται βίοτον·

V. 42. Codd. πάντων - πλεῖστα. Brunck. πάντως-πολλά.

V. 43 sqq. Post μὲν his versibus quinquies omitti δὲ observavit *Hoogeveen.* de particulis T. I, p. 648.

V. 45. De ν paragogico in fine cuiusque versus a Graecis accepto V. Hermann. de em. rat. Gram. Gr. p. 22. Ad Orphic. p. 9.

V. 47. Εἰς ἐνιαυτόν, falso interpretatur Fortlagius *quotannis, s. per annum.* Idem est potius, quod nostrum *Jahr ein Jahr aus,* Latinum *in annos.*

V. 48. λατρεύειν, i. e. *mercede servire,* dictum de eo hominum genere, qui θῆτες ab Atheniensibus vocati sunt. Hinc proficiscitur Latinum *latrocinari*, quatenus illa significatione utitur, raro tamen obvium. Plaut. Fragm. I, 70 *Latrocinatus annos decem, mercedem accipio.* Imprimis autem Latine dicitur de munere militari. *Latrocinari*, quod significat *praedari*, non proficiscitur ex Graeca voce, sed ex Latina *latro.*

V. 49. cf. Homer. Odyss. ζ', 232 sq.

V. 50. Corruptus erat hic versus vehementer ante Brunckium, qui in Analect. T. III, p. 11 admonuit: *Post-*

ἄλλος, Ὀλυμπιάδων Μουσέων πάρα δῶρα διδαχθείς,
ἱμερτῆς σοφίης μέτρον ἐπιστάμενος·

---

liminio tandem redit beneficio Reg. Codicis genuina lectio, quae ab impressis exulabat. In Gesneri editione excusum ἔργαλα εἰν χειροῖν. *In antiquissimo Cod. scriptum erat* ΕΡΓΑΔΑΕΙΣ, *quod quam facile depravari potuerit intelligent, quibus notum est, quot in libris ortae fuerint mendae ex confusione litterarum* Λ, Α, Δ. *Iam varias coniecturas, quibus huius versus tentata fuerat emendatio, nihil adtinet referre. Omnium sane optima erat illa viri peraeque docti et ingeniosi, cuius amicitiae recordatio est eritque mihi semper iucundissima,* ἔργα λαχών. *seq. v.* Μουσέων *scribi debuit. In Cod.* Μουσάων. Solus B ap. Schow. habet ἔργα δαεὶς χ. ceteri ἔραλα εἰς χ.

V. 51. Antiqui libri omnes exhibent *διδαχθείς*, quod Grotius et Brunckius mutaverunt in *διδάχθη*. Manifesto sine iustis rationibus. Ex praecedentibus subaudiatur *ξυλλέγεται βίοτον*.

V. 52. *σοφίης μέτρον*, i. e. *sincera ac vera sapientia*, talis sapientia, quae nec modum negligendo in rebus vilibus pretium collocat, nec modum excedendo (*ὑπὲρ τὸ μέτρον* ap. Theognid. 490) in superbiam atque insolentiam transit, ita ut Horatianum illud intelligi possit, *Medium tenuere beati.* Sic etiam Theognis 624 *οἱ δ' ἀγαθοὶ πάντων μέτρον ἴσασιν ἔχειν.* 1175 *Ἥβης μέτρον*, i. e. *flos iuventutis, integerrima iuventus.* Simile distichum gnomicum legitur in tabula Iliaca:

(Ὦ φίλε παῖ, σὺ μὲν) ὤρηον μάθε τάξιν Ὁμήρου,
ὄφρα δαεὶς πάσης μέτρον ἔχῃς σοφίης.

V. Welckeri Epigr. Graec. spicileg. II, p. 5. — Permira

ἄλλον μάντιν ἔθηκεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων·
ἔγνω δ' ἀνδρὶ κακὸν τηλόθεν ἐρχόμενον,
ᾧ συνομαρτήσωσι θεοί· τὰ δὲ μόρσιμα πάντως
οὔτε τις οἰωνὸς ῥύσεται, οὔθ' ἱερά·
ἄλλοι, Παιῶνος πολυφαρμάκου ἔργον ἔχοντες,
ἰητροί, καὶ τοῖς οὐδὲν ἔπεστι τέλος·
πολλάκι δ' ἐξ ὀλίγης ὀδύνης μέγα γίγνεται ἄλγος,

---

est, quam Fortlagius proponit, explicatio, *Solonem mensuram versuum respicere.*

V. 55. Omnes libri ante Brunckium exhibent συνομαρτήσωσι, quod cur ille sine Codicum ope mutaverit in — σουσι non explicuit. Sed nullus est hic pro arbitrio emendandi locus.

V. 57 sq. Veterem lectionem Codd. revocandam esse censebam, pro recentiore, quam ex Salmasii emendatione Brunckius recepit, ,οὐδ' οἱ Παιῶνος κ. τ. λ., membranis refragantibus ad unum omnibus. Sed quum in versibus praecedentibus singula hominum studia, navigatorum, agricolarum, artificum, sapientum, vatum, describerentur, idem ordo in sequentibus retinendus erat, nimirum, ut nunc quoque medicorum studia singilatim proponerentur. Atque illa series optime reservatur hac verborum structura: ἄλλοι, Παιῶνος ἔργον ἔχοντες, ἰητροί εἰσιν, i. e. *Alii arti medendi student.* Verba, quae subsequuntur, καὶ τοῖς οὐδὲν ἔπεστι τέλος, bene interpretatus est Fortlagius: *His quoque* (sicut vatibus) *nulla est artis perfectio; nunquam eorum ars perfecta erit atque absoluta.* Ceteroquin vox τέλος Latine redditur *finis*, eodem sensu, quo apud Ciceronem *finis bonorum*, i. q. *bonum absolutum.* De *Paeone* V. Homer Il. ε', 401 sq.

κοὐκ ἄν τις λύσαι, ἤπια φάρμακα δούς·
τὸν δὲ κακαῖς νούσοισι κυκώμενον ἀργαλέαις τε
ἁψάμενος χειροῖν, αἶψα τίθησ' ὑγιῆ.
Μοῖρα δέ τοι θνητοῖσι κακὸν φέρει ἠδὲ καὶ ἐσθλόν,
δῶρα δ' ἄφυκτα θεῶν γίγνεται ἀθανάτων.
πᾶσι δέ τοι κίνδυνος ἐπ' ἔργμασιν, οὐδέ τις οἶδεν,
ᾗ μέλλει σχήσειν, χρήματος ἀρχομένου.

V. 60. κοὐκ ἄν τις λύσαι. Sic unicus W ap. Schow. et Brunckius. Al. κοὔτις λύσαιτ' ἄν. Ed. Trinc, et Gesn. κἄν τις λύσαιτο. Gaisford. κοὐκ ἄν τις λύσαιτ'. Sed opus esse videtur genere activo, non medio Haud enim negligenda est ingeniosa Dammii annotatio in Lexico Homer. v. λύω· *Activa forma ponitur, quando redemtionis pretium accipio et captivum dimitto* (sic Iliad. α, 29 τὴν δ' ἐγὼ λύσω), *media vero forma, si pretium redemtionis offero* (Il. α, 13 λυσόμενός τε θύγατρα). Quae si ad nostrum locum adhibemus, medicus est ὁ λύων τὴν νόσον, aegrotus convalescens ὁ λυόμενος τὴν νόσον.

V. 61. Lobeckius ad Soph. Aiac. p. 267 κυκώμενον mutandum esse putat in κακούμενον. Sed non opus esse coniectura observavit Passovius ad Musaeum p. 172, ubi κυκᾶσθαι prorsus idem esse, quod μίγνυσθαι exemplis demonstrat, ex iisque unum laudat nostro loco simillimum, Archilochi Fr. XXXII ed. Liebel.

θυμὲ, θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε.

V. 65—70. Tria, quae sequuntur, disticha leguntur etiam inter Theognidea inde a versu 585.

V. 66. Apud Schow. A ᾗ μέλλει σχήσειν. B ᾗ μέλλοι σχ. W τί μέλλει σχ. Trinc. ᾗ μέλλει σχέσειν. Gesn. ᾗ

ἀλλ' ὁ μὲν εὐδοκιμεῖν πειρώμενος, οὐ προνοήσας,
ἐς μεγάλην ἄτην καὶ χαλεπὴν ἔπεσεν·
τῷ δὲ καλῶς ἔρδοντι θεὸς περὶ πάντα δίδωσιν
συντυχίην ἀγαθήν, ἔκλυσιν ἀφροσύνης.

μέλλει σχήσειν. Apud Theognidem: ποῖ σχήσειν μέλλει, quam lectionem Brunckius recepit, Sed immerito. Omnes enim Codd. lectiones eo redeunt, ut veram agnoscamus oporteat illam, quam olim Gesnerus promulgaverat: ᾗ, particula relativa, hoc loco eandem significationem habet, quam πῆ, interrogativa, illi respondens, in Iliad. ζ, 377 πῆ ἔβη 'Ανδρομάχη —; Hinc satis apparet πόῖ nihil aliud esse, nisi interpretationem particulae ᾗ. — Ceterum verbum σχήσειν ex seq. genitivo absoluto habet subiectum χρῆμα. Apud Theognid. πρήγματος.

V. 67. Apud Stobaeum omnium Codd. consensu legitur: ἀλλ' ὁ μέν εὖ ἔρδειν πειρώμενος, apud Theognidem, ἀλλ' ὁ μὲν εὐδοκιμεῖν π. Opponuntur sibi duo homines, quorum alter, blanda vanitate perductus, bene de ipsius actionibus existimat, alter vero reapse bene honesteque facit: priorem plerumque ad extremum sequitur dedecus atque infamia, posteriorem deorum auxilium bonusque eventus. Quibus ita iam constitutis, ut totius loci sententia flagitat, sine dubio respondet illa lectio apud Theognidem. Εὐδοκιμεῖν eandem exprimit sententiam, quae supra V. 39—41 proposita est. Sin autem altera lectio retinetur, ipse sibi repugnat Solon, qui priore disticho bene agentem dedecore, posteriore gratia ornari statuat. In seq. praeferendum erit προνοήσας, quod apud Theognid. omnes exhibent libri, non προορήσας, quod commenticium esse videtur.

V. 69. τῷ δὲ καλῶς ἔρδοντι. Sic ap. Stob. nobiliore

πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται·
οἳ γὰρ νῦν ἡμέων πλεῖσταν ἔχουσι βίον,
διπλάσιον σπεύδουσι· τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας;
κέρδεά τοι θνητοῖς ὤπασαν ἀθάνατοι·

---

forma, quam ap. Theognid. ποιοῦντι. Lectio duorum Codd. ap. Schow. τῷ δὲ κακῶς ἔρδοντι, in quorum tamen altero καλῶς suprascriptum est, sensum huic loco tribuit Solonis pio ingenio prorsus indignum. Quam lectionem cur praetulerit Gesnerus, undeque venerit, quod Schaefero vulgarem non videatur ferre antithesis, vehementer admirandum est. An non est antithesis, ubi vanitas atque veritas sibi opponuntur? — Omnes libri ap. Stob. consentiunt in lectione δίδωσιν, apud Theognid. in τίθησιν.

V. 71 sqq. Legitur postremum hoc hexastichum itidem ap. Theognid. inde a versu 227. Nihil autem impedit, quo minus ad Solonem referamus: gravissimo enim hic utimur auctore Aristotele in. Polit. I, 3, 9 Ἡ γὰρ τῆς τοιαύτης κτήσεως αὐτάρκεια πρὸς ἀγαθὴν ζωὴν οὐκ ἄπειρός ἐστιν, ὥςπερ Σόλων φησὶ ποιήσας·

πλοῦτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.

κεῖται γὰρ ὥςπερ καὶ ταῖς ἄλλαις τέχναις. cf. Plutarch. de cupid. divitiar. 4, ubi tamen varia est lectio in extremo versu, ἀνθρώποισι pro ἀνδράσι κεῖται· quacum consentit lectio ap. Theognid. Stobaeus autem utitur eadem lectione, qua Aristoteles: atque Aristotelem, magno quidvis acumine perpendentem, talem legisse versum, qualem adscripserit, hac quidem re nihil certius esse potest, praesertim quum in sua sententia repetiverit etiam κεῖται, quod significat i. q. Il. χ, 163 τὸ δὲ μέγα κεῖται ἄεθλον, ἢ τρίπος

ἄτη δ' ἐξ αὐτῶν ἀναφαίνεται, ἣν, ὁπόταν Ζεὺς
πέμψῃ τισομένην, ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

ἠὲ γυνή. — De vetustate vocis πεφασμένον V. Bentleii resp. ad Censuram C. Boylii p. 223 ed. Lennep.

V. 73. διπλασίως ap. Stob. διπλάσιον ap. Theognid., quod praeferendum est.

V. 74. Stob. κέρδεά τοι θνητοῖς ὤπασαν ἀθάνατοι. Theognis: χρήματά τοι θνητοῖς γίγνεται ἀφροσύνη. Κέρδος est facultas vel potius dexteritas omnia ad suum commodum referendi, consilium utile et prudens. Il. ψ, 709

ἂν δ' Ὀδυσεὺς πολύμητις ἀνίστατο, κέρδεα εἰδώς.

cf. 322. Odyss. β, 88, 118. ν, 297. τ, 285. Κέρδος igitur hoc loco esset facultas a diis cuiquam attributa sive bene sive male agendi. Nonnulli hanc facultatem ad sapientiam et prudentiam dirigunt, alii ad voluptates, alii ad opes atque divitias comparandas, alii denique ad alias res. Quum autem in versibus, qui proxime antecedunt, opes commemorentur, homo, nescio quis, hunc quoque versum illuc spectare sibi persuasus, eam ob causam explicandi gratia adscripserat χρήματα, quod alius deinde temere in ordinem recepit. Inde a versu 43 describuntur varia hominum studia, quae quidem hic omnia unica voce κέρδεα complectitur poeta. De altera lectionis varietate indicandum est idem, quod de loco ἑ, 3 indicavit Hermannus ad Viger. p. 924.

V. 75. Omnes Codd. ap. Schow. ἄτη δ' ἐξ αὐτῶν, sc. ἀνθρώπων. Ap. Theogn. ἐξ αὐτῆς, quod originem ducit ex praecedentis versus mala lectione. Alia lectio ap. Stob. est αὐτὴ, pro ἄτη, haud dubie ex negligentia librarii profecta. — ὁπόταν, i. e. *quando forte*, legitur ap.

ἑ.

Ἴσόν τοι πλουτοῦσιν, ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστιν
καὶ χρυσὸς καὶ γῆς πυροφόρου πεδία,

Stob. atque retinendum est. Ap. Theogn. ὅποτε, ubi Neander ὅποτε ἄν. Eodem iure sequenti versu praeferendum est πέμψῃ, omittendum πέμψει.

V. 76. τισομένην Stob. τειρομένοις Theogn. quod absurdum est. ἄλλοτε ἄλλος ἔχει. Sic legendum, suadente Schaefero; *Solennis formula, in qua, ut in aliis, hiatus Graecorum auribus videtur placuisse. Omnino mihi parum probantur, qui chasmodiam, ubicunque occurrit, odio exagitant implacabili.* Hermannus ad Orphica p. 732 hiatum minime suavem esse annotaverat in formula ἄλλοτε ἄλλος. Sed usu confirmatur. V. Solon ς', 4. Hesiod. Ἔργ. 658. Theognid. 157. Brunckius ἄλλοτέ κ' ἄλλος ἔχοι, vel ἄλλοτ' ἂν ἄλλος ἔχοι. Spectat hic locus ad Buttmanni ingeniosam expositionem in libro grammatico § 126, 9, N. 2 *Ungewissheit mit Aussicht auf Entscheidung.* cf. Hermann. ad Viger. p. 834.

ἑ, V. 1 — 6. Locus fuerat valde corruptus eoque male vexatus a criticis, donec Hermannus ad Viger. p. 924 lucem suam praebuit, ita interpretatus: *Aeque divites sunt, qui opibus pollent, et quos hoc solo contentos vivere necesse est, si, ubi tempestivum fuerit, puero vel muliere frui liceat: quae res aptae sunt tempore iuventae.*

V. 1. ὅτῳ πολύς. Sic ap. Theogn. Apud Plutarchum ᾧτε, quod tamen metro adversatur. Ap. Stob. ὅσοις, haud dubie a commentatore profectum, cui singularis numerus minus quadrare videbatur ad praecedentem pluralem. Sed

ἵπποι θ' ἡμίονοί τε, καὶ ᾧ μόνα ταῦτα πάρεστιν,
γαστρί τε καὶ πλευρῇ καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν

---

multa huiusmodi exempla exhibent litterae Graecae ac Latinae. Pindar. Olymp. III, 20 ἐπ' ἀνθρώπους, ᾧ τινι — cf. Hermann. ad Viger. p. 898.

V. 3. καὶ ᾧ μόνα ταῦτα. Sic Plutarch. Stob. καὶ ᾧ τάδε πάντα. Theogn. τὰ δέοντα, quod Hermannus explicationem esse putat lectionis, quae exstat apud Plutarchum.

V. 4. Hoc pentametro Latine usus est Horatius Ep. I, 12, 5, sed alio sententiarum contextu:

Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil
divitiae poterunt regales addere maius.

πλευρῇ, ap. Plutarch. cui repugnant Theognis atque Stobaeus, exhibentes πλευραῖς. Sed ex Horatio luculenter patet hic itidem Plutarchum esse sequendum, licet Brunckius et Hermannus alteram lectionem receperunt. Quod statuit Sylburgius ad Theognid. voce πόσιν *saltationem* significari, id in illius arbitratu positum est, non in sententia ipsa. Ἁβρὰ παθεῖν eodem sensu dictum est, quo apud Pindarum Pyth. VIII, 8 μαλθακὸν παθεῖν et ap. Xenoph. Cyrop. I, 5, 1 ἡδυπαθεῖν. Sylburgius iam observavit παθεῖν παιδός τ' ἠδὲ γυναικὸς eadem forma dictum esse ap. Theognid. 1003 τῶν δ' αὐτοῦ κτεάνων εὖ πασχέμεν. Sed minus vere iudicavit subaudiendam esse praepositionem ἀπό, ἐκ, vel aliam similem. Immo genitivi hoc loco intelligendi sunt, ut in formula ἐρᾶν γυναικός, παιδός, ad exprimendum animi appetitum et affectum. Brunckii lectio, commate post παθεῖν posito, παῖδές τ' ἠδὲ γυναῖκες, sensum exhibet paene absurdum. ὅταν κεν τῶν ἀφίκηται ὥρη· Sic emendandum auctore Herman-

παιδός τ' ἠδὲ γυναικός, ὅταν κεν τῶν ἀφίκηται
ὥρη· σὺν δ' ἥβῃ γίγνεται ἁρμόδια.
ταῦτ' ἄφενος θνητοῖσι· τὰ γὰρ περιώσια πάντα
χρήματ' ἔχων, οὐδεὶς ἔρχεται εἰς 'Αΐδεω,
οὐδ' ἂν, ἄποινα διδούς, θάνατον φύγοι, οὐδὲ βαρείας
νούσους, οὐδὲ κακὸν γῆρας ἐπερχόμενον.

ς'.

Πολλοὶ γὰρ πλουτοῦσι κακοί, ἀγαθοὶ δὲ πένονται·

---

no, qui quidem disiunctim scripsit ὅτ' ἄν. Consentiunt duo Codd. Theognidis, Mutinensis et Hamburgensis ap. Bekkerum. Thierschius in Actis Monac. I, p. 209 mutandum esse coniecit ἐπεὶ δέ κε, sed id minore probabilitate. Τῶν, sc. παιδὸς ἠδὲ γυναικός. Brunckius dederat, ὅταν δέ γε τῶνδ' ἐφίκηται, maximam partem ex coniectura.

V. 6. ὥρη· σὺν δ' ἥβῃ γίγνεται ἁρμόδια. Sic verba et interpunctionem emendavit Herm. Brunckius: ὥρη, σὺν δ' ἥβῃ γίγνεται ἁρμοδία, ταῦτ' ἀφ. κ. τ. λ. Ap Theogn. exstat ἁρμόδιος, ap. Stob. ἁρμόδια. Multo aliter, et ordine verborum prorsus inverso, legitur ap. Plutarch. ἐπὴν καὶ ταῦτ' ἀφίκηται ἥβη σὺν δ' ὥρῃ γίνεται ἁρμονία. Corruptelam iam intellexit Xylander, sed intactam reliquit.

V. 8. εἰς 'Αΐδεω. Sic Codd. Mutin. et Vatican. ap. Bekker. praeferendum vulgari εἰς 'Αΐδην. cf. Homer. Il. θ, 367. φ, 48. χ, 213. 389. ψ, 74. Duae ultimae syllabae una pronuntiandae sunt, ut Il. θ, 16. cf. Thiersch. Gr. Gr. p. 236. Solon δ', 49. ιά, 2.

ς', V. 1. Πολλοὶ γάρ. Sic Plutarch. πολλοὶ μὲν Stob. et πολλοί τοι Theogn. Sed illud γάρ referendum esse videtur ad sententiam, quae in integra elegia antecesserat.

ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον, ἐπεὶ τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεί,
χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

ζ'.

Οὐδὲ μάκαρς οὐδεὶς πέλεται βροτός· ἀλλὰ πόνηροι
πάντες, ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ.

V. 2. αὐτοῖς. Sic Plutarch. cett. τούτοις.

V. 3. τῆς ἀρετῆς. Hic genitivus interpretandus est supplenda praepositione ἀντί. V. Buttmann. Gr. Gr. § 119, 6, 2.

τὸ μὲν i. e. ἡ ἀρετή, tanquam praecesserit ἀρετὴν ἔχειν. cf. Iacobs Poet. Blumenlese p. 8.

ἔμπεδον αἰεί ap. Stob. et Theogn. sine dubio germana lectio, supplendo ἐστί, quod, ad marginem scriptum, postea vero in ordinem receptum, illud αἰεί ex Plutarcho depulsit.

ζ', V. 1. Welckerus ad Alcmanis fragm. p. 68, ubi μάκαρς ἐκεῖνος legitur, in nostro disticho Hertelium et Sylburgium exhibere μάκαρς annotavit, quod Brunckius, ne monito quidem lectore, in μάκαρ mutaverit. In editionibus Stobaei, quas equidem inspexi, omnibus legitur μάκαρ. Sed metri causa antiquior illa et plenior forma praeferenda esse videtur.

Ammonius de affin. vocabulor. diff. p. 116 Πόνηρον βαρυτονούμενον, ὡς σόλοικον, καὶ πονηρὸν ὀξυτονούμενον, ὡς κυδοιμὸν, φασὶ διαφέρειν παρὰ τοῖς 'Αττικοῖς· ὁμοίως μόχθηρον καὶ μοχθηρόν. Πονηρός γάρ ἐστιν ὀξυτόνως ὁ κακοήθης· πόνηρος δὲ ὁ ἐπίπονος κ. τ. λ. cf. Etym. M. p. 682, 26. Nos igitur Brunckium sequamur, scribendo πόνηροι, i. e. *qui magnas aerumnas patiuntur.*

ή.

Γνωμοσύνης δ' ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι
μέτρον, ὃ δὴ πάντων πείρατα μοῦνον ἔχει.

θ'.

Πάντη δ' ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισιν.

ι.

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

ιά.

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς νῦν μοι φίλα, καὶ Διονύσου,
καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας.

Ἐκ τῶν περὶ Σαλαμῖνος.

ιβ'.

Αὐτὸς κήρυξ ἦλθον ἀφ' ἱμερτῆς Σαλαμῖνος,
κόσμον ἐπέων, ᾠδήν, ἀντ' ἀγορῆς θέμενος.

— — — — — — — — — — —

εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος ἢ Σικινίτης
ἀντί γ' Ἀθηναίου, πατρίδ' ἀμειψάμενος.
αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἧδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο·

θ'. In Clementis editionibus legitur πάντη, in Eusebii πάμπαν. Illud genuinum, hoc interpolatum esse videtur. Scribendum est πάντη adverbialiter sine ι subscripto. V. Buttm. Gram. Gr. § 102, N. 3. cf. Thiersch. Gram. Gr. p. 268.

ιά, V. 2. Μουσέων. Sic legendum, Corae quoque consentiente, pro vulg. Μουσάων. cf. ad έ, 8.

Ἀττικὸς οὗτος ἀνήρ, τῶν Σαλαμιναφετῶν.

— — — — — — — — — — —

ἴομεν εἰς Σαλαμῖνα, μαχησόμενοι περὶ νήσου
ἱμερτῆς, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσόμενοι.

ιβ', V. 6. **τῶν Σαλαμιναφετῶν.** Sic scribendum esse videtur, Is. Vossio auctore et G. Hermanno (ad Viger. p. 927) eum sequuto. Ille enim in Notis ad Iustinum (II, 7) unica voce scribendum esse proposuit, quod vulgo τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων (ut Brunckius quoque edidit). Favet lectio Aldobrandiniana, τῶν Σαλαμῖν' ἀφέτων, recepta quidem illa a Thierschio in Actis Monac. I, p. 711; et sic quoque libri Mss. teste H. Stephano. Sambucus, τὴν Σαλαμῖνα φυγών. Schaeferus in nova Gnomicorum editione: *Sambuci scriptura, inquit, si libri auctoritate nititur, ex ea facile elicias* τῶν Σαλαμινοφύγων, παρὰ τὸ Σαλαμινόφυξ. ἀφέτης, *tenuis vox et ieiuna, poetae stomacho et iracundiae videtur parum convenire.* Melius tamen illam vocem intellexisse videtur Hermannus l. l. *Acerbe* Σαλαμιναφέτας *vocat, qui eam insulam hostibus permissuri essent.* Thierschius l. l. praetulit formam ἀφετός, ab ἀφίημι, ut συνετός a συνίημι, eoque idem quod ἀφειμένος.

V. 7. ἴομεν est subiunctivus, vocali metri causa correpta. cf. Theocrit. XXXV, 60. Huiusmodi exempla plura apud Homerum reperiuntur, quorum nullum fortasse evidentius esse potest, quam quod exstat in Odyss. α, 41

ὁππότ' ἂν ἡβήσῃ τε καὶ ἧς ἱμείρεται αἴης.

cf. Hermann. ad Viger. p. 927. Thiersch. l. l.

'Εκ τῶν περὶ τῆς τῶν 'Αθηναίων πολιτείας.

ιγ'.

'Ημετέρη δὲ πόλις κατὰ μὲν Διὸς οὔποτ' ὀλεῖται
αἶσαν καὶ μακάρων θεῶν φρένας ἀθανάτων.
τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος, ὀβριμοπάτρη,
Παλλὰς 'Αθηναίη, χεῖρας ὕπερθεν ἔχει,
αὐτοὶ δὲ φθείρειν μεγάλην πόλιν ἀφραδίῃσιν
ἀστοὶ βούλονται, χρήμασι πειθόμενοι,
δήμου θ' ἡγεμόνων ἄδικος νόος, οἷσιν ἑτοῖμον

ιγ', V. 1 sqq. cf. Theognid. 755 sqq.

V. 3—4. Hemsterhusius ad Luciani Timon. c. 9, T. I, p. 119 sq. hos versus respexisse Aristophanem Equit. 1168 sqq. existimavit:

ΚΛ. 'Εγὼ δ' ἔντος γε πίσινον εὔχρων καὶ καλόν·
ἐτόρνυε δ' αὖθ' ἡ ΠΑΛΛΑΣ, ἡ πυλαιμάχος.
ΑΛ. *Ω δῆμ' ἐναργῶς ἡ θεός σ' ΕΠΙΣΚΟΠΕΙ,
καὶ νῦν ΥΠΕΡΕΧΕΙ σου ΧΥΤΡΑΝ, ζωμοῦ πλέαν.
ΔΗ. Οἴει γὰρ ΟΙΚΕΙΣΘ' ἂν ἔτι ΤΗΝΔΕ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ,
εἰ μὴ φανερῶς ἡμῶν ΥΠΕΡΕΙΧΕ ΤΗΝ ΧΥΤΡΑΝ;
ΚΛ. Τουτὶ τέμαχός σοι δῶκεν ἡ Φοβεσιστράτη.
ΑΛ. 'Η δ' ΟΜΒΡΙΜΟΠΑΤΡΑ γ' ἐφθὰν ἐν ζωμοῦ κρέας.

'Επίσκοπος dicitur Pallas, quatenus Athenarum patrona fuit. Optime huius vocis significatio cognoscitur ex Homer. Il. ω, 729 sq. ubi Andromache Hectorem proelio interfectum alloquitur:

ἦ γὰρ ὄλωλας ἐπίσκοπος, ὅςτε μιν αὐτὴν (πόλιν)
ῥύσκευ, ἔχες δ' ἀλόχους κεδνὰς καὶ νήπια τέκνα.

ὕβριος ἐκ μεγάλης ἄλγεα πολλὰ παθεῖν.
οὐ γὰρ ἐπίστανται κατέχειν κόρον, οὐδὲ παρούσας
εὐφροσύνας κοσμεῖν δαιτὸς ἐν ἡσυχίῃ·

V. 9. Verbum κατέχειν significat hoc loco *cohibere*, *superare*, ut ap. Herodot. VI, 129. Κατέχων πολλὸν τοὺς ἄλλους. Eadem fere ratione Cicero pro Murena 10 *Sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superavi.*

V. 10. εὐφροσύνας κοσμεῖν significare videtur idem quod εὐφροσύνως διάγειν ap. Theognid. 764.

Post versum 10 in omnibus fere editionibus vetustioribus Demosthenis omittitur hexameter,

Χρήματα δ' ἱμείρουσιν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι,

quem tamen Benenatus restituit, post eumque Taylor in editione sua revocavit: alter autem, pentameter,

πλουτοῦσιν δ' ἀδίκως ἔργμασι πειθόμενοι,

neminem, quod equidem scio, offendit. Prior versus, paululum mutatus, redit apud Solonem δ', 7, unde similitudinis causa huc translatus esse possit; nam eadem fere sententia inest praecedenti formulae, χρήμασι πειθόμενοι. Quod quidem probare videntur Codices ab Im. Bekkero collati, utpote qui omittant hunc versum, sed parum sibi constantes; namque alter ille versus eodem iure in exilium mittendus erat, quippe qui, si contuleris alterum eiusdem poematis locum (δ', 12) eadem tabe laboret. Quam ob causam utrumque versum, sententiarum vinculo cum nostro loco iunctum, explicandi comparandive causa olim huc esse transcriptum, postea vero temere in ordinem receptum verisimile est. Sylburgius in editione Gnomicorum, disticho isto expulso, hexametrum, a Clemente Alex. Strom. p. 740 ut Solonis laudatum, hic inserendum existimavit, quippe qui et cum praecedentibus et cum se-

[χρήματα δ' ἱμείρουσιν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι,
πλουτοῦσιν δ' ἀδίκοις ἔργμασι πειθόμενοι.]
τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται·
οὔθ' ἱερῶν κτεάνων, οὔτε τι δημοσίων
φειδόμενοι, κλέπτουσιν ἐφ' ἁρπαγῇ, ἄλλοθεν ἄλλος,

---

quentibus satis apte congrueret. Et fortasse haec opinio confirmatur loco Ciceronis de re pub. I, 59. Is enim de *libero populo*, ut *Rhodo, Athenis*, loquutus, deinde ad nostrum locum respicere videtur: *Cum in populo aliquis unus pluresve divitiores opulentioresque extitissent, tum ex eorum fastidio superbiam natam esse commemorant, cedentibus ignavis et imbecillis et arrogantiae divitum succumbentibus.* cf. Pindar. Ol. XIII, 12.

Hic non est unicus locus, quo in laudandis versibus carmina haud integra offerantur, sed eorum tantummodo praecipuae partes, quae ad suum cuique consilium spectare videbantur: simile exemplum exhibet Lycurgi oratio in Leocrat. p. 213 sqq. ubi itidem fragmenta, non integrum carmen, Tyrtaei servata esse primus perspexit C. F. Heinrichius in editione istius libelli. cf. Taylor. ad Demosth. π. παραπρ. p. 358 sqq.

V. 15. Κλέπτειν per syncopen ortum est a καλύπτειν, *occultare, contegere*: inde accepit significationem, *clam aliquid facere;* qua tamen ratione clam aliquid faciamus, hoc accuratius est denotandum. Sic apud Homerum, ubi Achillem animo occulta consilia fovere exprimatur, sic eum alloquitur Agamemno:

μὴ δ' οὕτως, ἀγαθός περ ἐών, θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ,
κλέπτε νόῳ! Il. ά, 131 sq.

i. e. *clam aliquid fac mente tua*, vel: *clandestino consilio*

οὐδὲ φυλάσσονται σεμνὰ Δίκης θέμεθλα,
ἣ σιγῶσα σύνοιδε τὰ γιγνόμενα πρό τ' ἐόντα,
τῷ δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισαμένη.

---

age. Et sic κλέπτειν ἐφ' ἁρπαγῇ proprie significat *clam aliquid facere in direptione*, sive *in diripiendo*, i. e. *subducere aliquid raptorum more*. Hinc factum est, ut simplici etiam verbo κλέπτειν adhibeatur lenior significatio *clam aliquid subducere*. cf. Homer. Il. ε, 268, ξ, 217. ω, 24.

V. 18. sq. In utroque versu Brunckii lectionibus, quas contra auctoritatem Codd. partim ex aliorum, partim ex suo decerpsit ingenio, tota poetae sententia vehementer perversa est. Etenim in omnibus libris offertur ἀποτισαμένη (sic etiam in novissima Demosthenis editione, ab Im. Bekkero parata), quod Brunckius, Marklandi coniecturam sequutus, mutavit in ἀποτισομένη. Iustitiae ultionem non solum futuram sibi cogitasse Solonem, sed eandem quoque coeptantem petere poenas imprimis liquet quum ex τῷ χρόνῳ recte illustrato, tum ex hisce sequentis versus vocabulis: τοῦτ' ἤδη, quae tamen, quum varia lectio sit ταῦτ' ἤδη, inde transformavit Brunckius in ταύτῃ τοι. Reiskii octo et Bekkeri Codd. τοῦτ' ἤδη. Verba clara sunt et expedita; interpretandum est enim huiuscemodi: *Certe quidquid flagitium ulciscitur Iustitia; hoc iam invadit vulnus* (sc. quod Atheniensibus infligit Iustitia. Utitur Solon *Metonymia*, ubi *effectus* sumitur pro *causa*, *vulnus*, quod proficiscitur a Iustitia, pro *Iustitia ipsa*) *universae urbi haud effugiendum*. Sic porro tanquam Δίκης ἕλκη indicantur δουλοσύνη, στάσις ἔμφυλος, πόλεμος κ. τ. λ. — Χρόνῳ significat *tandem*. Pindar. Olymp. XI [X], 101 τὰ παρ' εὐκλέϊ Δίρκᾳ χρόνῳ μὲν φάνεν. Incertum illud χρόνῳ

τοῦτ' ἤδη πάσῃ πόλει ἔρχεται ἕλκος ἄφυκτον,
εἰς δὲ κακὴν ταχέως ἤλυθε δουλοσύνην,
ἣ στάσιν ἔμφυλον, πόλεμόν θ' εὕδοντ' ἐπεγείρει,
ὃς πολλῶν ἐρατὴν ὤλεσεν ἡλικίην·
ἐκ γὰρ δυςμενέων ταχέως πολυήρατον ἄστυ

---

accuratius definitur, quum articulus accedit, et tunc significat *iam tandem*, ut in Virgil. Aen. VI, 61 *Iam tandem Italiae fugientis prendimus oras.* Euripides Med. 901 (911) ἔγνως δὲ τὴν νικῶσαν, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ βουλήν. Schol. Ἀλλὰ τῷ χρόνῳ βουλήν· ἀλλὰ νῦν ὥςπερ ἐκ μετανοίας τὸ κάλλιστον αὐτῇ βουλεύῃ. τὸ δὲ ἑξῆς. ἔγνως δὲ τῷ χρόνῳ τὴν νικῶσαν βουλήν. Ex hoc ipso scholio apparet alteram lectionem Euripideam, ἀλλὰ νῦν χρόνῳ, quam admisit Brunckius, ex glossemate profectam esse, quod aliquis ex isto scholio, orae libri adscripto, in textum recepit. cf. Elmsleius ad Medeam p. 219, ubi similia exempla plura invenies.

V. 21. ἣ στάσιν. Sic Bekkerus, sequutus editionem Aldinum et P. Manutii atque Codd. Mss. Brunckius ἢ στ. quae quidem lectio propter alterum pronomen relativum sequentis versus parum probanda est. στάσιν ἔμφυλον. cf. Porson. Adversar. p. 133.

V. 22. ἐρατὴν ἡλικίην, i. e. *iuventutem.* Altera lectio apud Bekkerum est ἐρατῶν ἡλικίην.

V. 23 sq. H. Wolfius interpretatur: Ἄστυ πολυήρατον φίλους τρύχεται ταχέως ἐκ δυςμενέων, τοῖς ἀδικοῦσι τοὺς φίλους ἐν συνόδοις· i. e. *Urbs eorum, qui cives suos in congressibus et commerciis afficiunt iniuriis, opportuna et obnoxia est hostium insultui.* Haec verborum structura et interpretatio prorsus est nulla. Melius Sylburgius συνόδους interpretatur *proelia.* Σύνοδος enim, ut Latinum *congres-*

τρύχεται ἐν συνόδοις, τοῖς ἀδικοῦσι φίλους.
ταῦτα μὲν ἐν δήμῳ στρέφεται κακά· τῶν δὲ πενιχρῶν
ἱκνοῦνται πολλοὶ γαῖαν ἐς ἀλλοδαπήν,
πραθέντες, δεσμοῖσι τ' ἀεικελίοισι δεθέντες.

— — — — — — — — —

οὕτω δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἴκαδ' ἑκάστῳ,
αὔλειοι δ' ἔτ' ἔχειν οὐκ ἐθέλουσι θύραι·
ὑψηλὸν δ' ὑπὲρ ἕρκος ὑπέρθορεν, εὗρε δὲ πάντως,

---

sus et *congressio* (v. Sallust. B. I. 74. Caesar. B. G. I. 46) et bono et malo sensu usurpatur. Hoc distichum planiorem praecedentis sententiae expositionem offert.

V. 24. φίλους, sc. τοῦ ἄστεος. Male Codd. Paris. et Lindenb. φίλοις.

V. 26. πολλοί. Alii πολλήν.

Post versum 27 quae exstat lacuna, eam supplere licet ex Plutarch. Solon. 13, ubi carminis nostri argumentum partim excerptum est: πολλοὶ δὲ καὶ παῖδας ἰδίους ἠναγκάζοντο πωλεῖν (οὐδεὶς γὰρ νόμος ἐκώλυε) καὶ τὴν πόλιν φεύγειν διὰ τὴν χαλεπότητα τῶν δανειστῶν.

V. 29, αὔλειοι δ' ἔτ' ἔχειν. Haec, a Bekkero quoque recepta, sine dubio vera est lectio. Ed. Ald. et Taylor. αὔλειοι δ' ὅτ' ἔχειν. Reisk. αὔλειοι δέ τ' ἔχειν. Αὔλειοι θύραι leguntur etiam in Hom. Odyss. σ, 238, atque imprimis memorandus est locus α, 103 sq.

στῆ δ' Ἰθάκης ἐνὶ δήμῳ ἐπὶ προθύροις Ὀδυσῆος,
οὐδοῦ ἐπ' αὐλείου.

ubi πρόθυρα atque οὐδὸς αὔλειος invicem se explicant.

V. 30. Lectio εὗρε δὲ πάντως, quae etiam probatur varietate πάντων, nostro loco propter sequens εἴ γέ τις magis accommodatum est, quam πάντας.

εἴ γέ τις φεύγων ἐν μυχῷ ἢ θαλάμῳ.
ταῦτα διδάξαι θυμὸς Ἀθηναίους με κελεύει,
ὡς κακὰ πολλὰ πόλει δυςνομία παρέχει·
εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει,
καὶ θαμὰ τοῖς ἀδίκοις ἀμφιτίθησι πέδας,
τρηχέα λειαίνει, παύει κόρον, ὕβριν ἀμαυροῖ,
αὐαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα,
εὐθύνει δὲ δίκας σκολιάς, ὑπερήφανά τ' ἔργα
πραΰνει, παύει δ' ἔργα διχοστασίης,
παύει δ' ἀργαλέης ἔριδος χόλον· ἔστι δ' ὑπ' αὐτῆς
πάντα κατ' ἀνθρώπους ἄρτια καὶ πινυτά.

ιδ'.

Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος, ὅσσον ἐπαρκεῖ,
τιμῆς οὔτ' ἀφελών, οὔτ' ἐπορεξάμενος·

V. 31. εἴ γέ τις φεύγων. Haec, referente Bekkero, exhibent Codd. Altera lectio, εἴ γέ τις ἢ φεύγων, profecta est e coniectura H. Wolfii. — μυχῷ ἢ θαλάμῳ. Haec quidem est loquutio ἓν διὰ δυοῖν, pro μυχῷ θαλάμου, quod legitur Odyss. χ, 180 ἤτοι ὁ μὲν θαλάμοιο μυχὸν κάτα τεύχε' ἐρεύνα. cf. π, 285.

V. 41. Omnes fere Codd. πινυτά, cuius lectionis glossema habenda est altera, συνετά.

ιδ', V. 1. ἐπαρκεῖ, quod est in libris, cur Brunckius scripserit ἐπαρκεῖν, nullam rationem video.

V. 2. ἐπορεξάμενος. Κυρίως μὲν, τὸ Ἐκτείνας, ἐφαπλώσας τὴν χεῖρα, ὡς παρ' Ὁμήρῳ (Ιλ. ἑ, 335)· ἐνθάδε δὲ τροπικῶς, τὸ Ἐπαυξήσας, διὰ τὴν συμβαίνουσαν ἔκτασιν τοῖς αὐξαμένοις. ΚΟΡΑΗΣ.

οἱ δ' εἶχον δύναμιν, καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοί,
καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
ἔστην δ', ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισιν·
νικᾶν δ' οὐκ εἴασ' οὐδετέρους ἀδίκως.

ιέ.

Ὧδ' ἂν δῆμος ἄριστα σὺν ἡγεμόνεσσιν ἕποιτο,
μήτε λίην ἀνεθείς, μήτε πιεζόμενος.

ις'.

Νείλου ἐπὶ προχοῇσι, Κανωβίδος ἐγγύθεν ἀκτῆς.
ἔργμασιν ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἁδεῖν χαλεπόν.

V. 4. **Καὶ τοῖς ἐφρασάμην κ.τ.λ.** *καὶ τούτων προὐνόησα, ἵνα μηδὲν ἀπρεπὲς ἢ ἄδικον ἔχωσι. Καὶ σημείωσαι τὴν μεταφορὰν τοῦ Ἐφρασάμην παραπλησίαν πως οὖσαν τῇ ἐν τῷ Penser à quelqu'un, τῶν Γάλλων.* Ο ΑΥΤΟΣ.

ιέ, 1. Brunckius post *ὧδ' ἂν* **ex praecedentibus Plutarchi verbis reposuit** *δῆμος*, **ut hexametro numeros suos reddat. Idem** *λίαν* **Ionice dedit** *λίην*.

ις'. Ἡμῖν δ' ἔδοξεν ὁ νοῦς εἶναι τοῦ λεγομένου, Ὡς καὶ αὐτός φησι πρότερον τοῦ προσεχοῦς παρατεθειμένου στίχου, Ἔργμασιν ἐν μεγάλοις κ. τ. λ. Εἰκὸς γὰρ τὸν στίχον τοῦτον (ὡς αἰτίαν τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίας) μετὰ τό, Νείλου ἐπὶ προχοῇσι κ. τ. λ. τετάχθαι τὸ πάλαι ἐν τοῖς Σόλωνος ἔπεσι. ΚΟΡΑΗΣ.

Νείλου ἐπὶ προχοῇσι· supplendum ex cogitatione ***versatus sum.***

ιζ′.

Ἐκ νεφέλης φέρεται χιόνος μένος ἠδὲ χαλάζης,
βροντὴ δ' ἐκ λαμπρᾶς γίγνεται ἀστεροπῆς,
ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται· ἢν δέ τις αὐτὴν
μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη·
ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται, εἰς δὲ τυράννου
δῆμος, ἄϊδρις ἐών, δουλοσύνην ἔπεσεν.

ιη′.

Δείξει δὴ μανίην μὲν ἐμὴν βαιὸς χρόνος ἀστοῖς,
δείξει, ἀληθείης ἐς μέσον ἐρχομένης.

ιθ′.

Εἰ δὲ πεπόνθατε λυγρὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,

ιζ′, V. 1. φέρεται. Sic ap. Diog. Laërt. πέλεται ap. Plutarch. Sed quum illud maiori vi atque emphasi dictum sit, praeferendum censuimus. Similiter Il. ε, 506 οἱ δὲ μένος χειρῶν ἰθὺς φέρον. cf. π, 602. φ, 482.

V. 5. Lectio τυράννου, ex Diodoro petita, praeferenda videtur Diogenis lectioni μονάρχου. cf. κδ′, 2. 11.

V. 6. ἄϊδρις ἐών. Sic vulgo ap. Diog. atque recte. Al. ἀϊδρείῃ nihil aliud est nisi explicatio sincerae lectionis. Ms. Palat. ἀΐδρης ὤν. Diodorus ἀϊδρίῃ. In Etymolog. M. p. 466, 32 sqq. ἴδρις, ὁ ἔμπειρος. ἀπὸ τοῦ εἴδω ῥήματος, ῥηματικὸν ὄνομα εἶδις· ἀποβολῇ τοῦ ε, ἴδις· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ, ἴδρις καὶ ἄϊδρις, ὁ ἄπειρος. Homer. Il. γ, 219 ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς. Odyss. κ, 282 χώρου ἄϊδρις ἐών. cf. Pindar. Pyth. II, 68.

ιθ′, V. 1. λυγρά. Sic ap. Plutarch. δεινὰ ap. Diog. et Nicet.

μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε.
αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατε, ῥύσια δόντες,
καὶ διὰ ταῦτα κακὴν ἴσχετε δουλοσύνην.
εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε, καὶ εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρός·

V. 2. μοῖραν. ap. Diog. et Nicet. μῆνιν ap. Plutarch. *Coraës*: Μοῖραν παρείληφα ἐκ τοῦ Διογένους, ἀντὶ τοῦ, Μῆνιν. Ὁ δὲ νοῦς, Μὴ τῶν κακῶν, ἃ πάσχετε δι' ὑμετέραν ἀνανδρίαν (τοῦτο γὰρ ὧδε σημαίνει ἡ κακότης) μέρος ἐπαναφέρετε εἰς τοὺς θεούς.

V. 3. *Coraës*: Ηὐξήσατε ῥύσια δόντες, παρείληφα ἐκ τοῦ Διογένους, ἀντὶ τοῦ Ηὐξήσατ' ἐρύματα (διαφορ· γραφ. Ηὐξήσατε ῥύματα) δόντες. Καὶ ταύτης μὲν τῆς γραφῆς ὁ νοῦς, Ηὐξήσατε τοὺς τυράννους, δόντες αὐτοῖς ἐρύματα, τουτέστιν ὀχυρώματα καὶ φυλάγματα· ἧς δὲ παρείληφα, Δόντες αὐτοῖς ἐνέχυρα, τουτέστιν, οἷον ἐνεχυράσαντες τὴν ἐλευθερίαν ὑμῶν διὰ τῶν δεδομένων τῷ Πεισιστράτῳ κορυνηφόρων.

V. 4. Sic Brunckius, aliorum coniecturam sequutus. Ap. Plutarch. et Diog. ἔσχετε. ap. Nicet. εἴχετε.

V. 5 sqq. Utrumque distichum, quod sequitur, exstat ap. Clement. Alex. p. 328, sed inverso ordine. Namque prius est: Εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε κ. τ. λ. adversantibus Diogene et Niceta. Quum autem Nicetas, ut cuilibet comparanti apparet, in describendis his versibus Diogenem ante oculos habuisse videatur, illius auctoritas nihil valet. Plutarchus autem, altero pentametro omisso, incipit cum eodem versu, quocum Clemens Alexandrinus. Huius utriusque accurati scriptoris auctoritatem sequendam esse censuimus.

V. 5. Εἰς ἔπη αἱμύλου ἀνδρός. Sic Plutarch. et Clem. Sed Diog. et Nicet. εἰς ἔπος αἰόλον ἀνδρός, qua

εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.
ὑμέων δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει,
σύμπασιν δ' ὑμῖν χαῦνος ἔνεστι νόος.

Ἐκ τῶν περὶ τῆς οἰκίας τοῦ Κριτίου.

κ'.

Εἰπέμεναι Κριτίῃ πυῤῥότριχι πατρὸς ἀκούειν·
οὐ γὰρ ἁμαρτινόῳ πείσεται ἡγεμόνι.

---

lectione illa certissime praestat. Aristoph. Lysist. 1272 τᾶν αἱμυλᾶν ἀλωπέκων. Euripid. Rhes. 498 αἱμυλώτατον κρότημ' Ὀδυσσεύς.

V. 7. ὑμέων. Sic recte ap. Diog. ὑμῶν, ap. Plutarch.

V. 8. Σύμπασιν δ'ὑμῖν χαῦνος. Sic ap. Plutarch. et Clem. σύμπασι δ'ὑμῖν κοῦφος, ap. Diog. et Nicet. Brunckius ad suum arbitrium, ut solet, verba convertit: ὔμμι δὲ σύμπασι χαῦνος. *Coraës:* παρὰ τῷ Διογένει, Κοῦφος, ὅπερ ἐστὶν ἐπεξήγησις τοῦ Χαῦνος.

κ'. Quod apud Aristotelem legitur εἰπεῖν μοι, haud dubie corruptum est ex vera lectione, quae exstat apud Proclum, εἰπέμεναι. Haec corruptela inde profecta esse videtur, quod librarius quidam, litterarum Aristotelicarum haud ignarus, ceteroquin tamen in diversis linguae Graecae dialectis minus versatus, formam εἰπέμεναι (sicut sequentem Κριτίῃ, pro qua dedit Κριτίᾳ) Aristotelis dicendi rationi repugnare persuasum sibi habuerat.

πυῤῥότριχι, quod ap. Aristot. minime expellendum est, ut vocabulum minus consuetum, cuius vox ξανθότριχι ap. Proclum mera explicatio habenda est.

'Εκ τῶν πρὸς Μίμνερμον.

κα'

Ἀλλ' εἴ μοι κἂν νῦν ἔτι πείσεαι, ἔξελε τοῦτο·
μηδὲ μέγαιρ', ὅτι σεῦ λώϊον ἐφρασάμην,
καὶ μεταποίησον τάγυρι τόδι, ὧδε δ' ἄειδε·

κά, V. 1. Hermannus ad Viger. p. 924 *Multum differt καὶ νῦν, an κἂν νῦν scribatur. Nam si illud scripsisset poeta, significaret saepius Mimnermum sibi obtemperasse, et, si nunc quoque audire velit, mutare versum, quem posuerat, debere; sin κἂν νῦν scripsit, contrarium dicit, nolle illum suam mutare sententiam, sed se optare, ut id certe nunc tandem faciat.* Haec obiecta sese videntur Thierschio in Actis Monac. I, p. 209, commendante quidem illo priorem lectionem sive coniecturam.

V. 2. De μεγαίρειν v. Buttmann. Lexil. T. I, p. 258 sqq. σεῦ λώϊον ἐφρασάμην. Sic primum, referente Menagio, *Florens Christianus* in ora libri emendaverat: Brunckius et alii eum sequuti sunt. Vulg. σεῦ τοῖον ἐπεφ. sive, σ' εὖ τοῖον ἐπεφ' Quum librariorum quendam ΛΩΙΟΝ imprudenter in ΤΟΙΟΝ mutavisse verisimillimum sit, Florentis Christiani glossa, Codicibus, ut videtur, innisa, praeferenda est. Boissonadus in ed. Gnomicor. λῷον ἐπεφρασάμην.

V. 3. Olim hic legebatur, ἀγυιὰς ταδί, cuius inconcinnitatem iam perspexerat H. Stephanus. Rossius in comment. Laërt. p. 22 sic legendum suadet: ἄγυια τάδ', i. e. *Ac remove tu quidem mutila haec* (ἑξήκοντα). Praeterea, quum prima syllaba in ἄγυια brevem esse constet ceterorum poetarum usu, proposuit etiam, ut δέ particula

ΟΓΔΩΚΟΝΤΑΕΤΗ ΜΟΙΡΑ ΚΙΧΟΙ ΘΑΝΑΤΟΥ.

— — — — — — — — — —

---

post μεταποίησον inseratur. Meibomius posthac dedit λιγέως ταδί. Sed omnium huius loci, corrupti haud dubie, emendationum si qua vera esse potest artisque criticae legibus satisfacere, ea est *Sopingii* ad Hesych. T. II, p. 1339, τάγυρι τόδι, quam quidem nuper in lucem reduxit F. A. Wolfius in Analectis III, p. 96 sqq. Piersonus ad Moerim Atticistam p. 331 locos collegit, quibus docemur τάγυρι idem esse quod ἐλάχιστον, Germanis quasi *ein bisschen*, Eupolidis versu etiam confirmatum:

Καὶ ζῆν μαθόντα μηδὲ ΤΑΓΥΡΙ μουσικῆς.

Wolfius interpretatur: *Refinge, muta leviculum hoc, pro sexagenario ponens octogenarium.*

V. 4. Gaisfordius, coniiciente Menagio, in Mimnermi versu dedit ὀγδοκονταέτη, in Solonis ἑξηκονταέτη, ita ut lectionem, qualis apud Diogenem exstat, prorsus inverterit. Sed hoc fecit sine iusta causa. Is. Casaubonum quidem, magnum Criticum, offendit lectio Diogenis, quum Solon alio loco septuagesimum annum praedicasset humanae vitae terminum esse legitimum. Sed ingeniose interpretatus est Th. Aldobrandinus, qui illud decernentis ac definientis esse iudicavit, hoc optantis ac desiderantis. Delphis quoque exstiterat ἀπόφθεγμα Solonis: ὅρα μακροῦ βίου τέλος. V. Theologum. Arithm. p. 21 ed. Ast. Schol. ad Lucian Phalarid. I, 7.

Μοῖρα θανάτου subiungendum est, ut γ, 18. cf. δ, 30. 63. Theognid. 795 sqq.

μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισίν
καλλείποιμι, θανών, ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Ἐκ τῶν πρὸς Φιλόκυπρον.

κβ'.

Νῦν δὲ σὺ μέν, Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἀνάσσων,
τήνδε πόλιν ναίοις, καὶ γένος ὑμέτερον.
αὐτὰρ ἐμὲ ξὺν νηῒ θοῇ κλεινῆς ἀπὸ νήσου
ἀσκηθῆ πέμποι Κύπρις ἰοστέφανος·
οἰκισμῷ δ' ἐπὶ τῷδε χάριν καὶ κῦδος ὀπάζοι
ἐσθλόν, καὶ νόστον πατρίδ' ἐς ἡμετέρην.

Ἐκ τῶν Νόμων.

κγ'.

Πρῶτα μὲν εὐχώμεσθα Διῒ Κρονίδῃ βασιλῆι
θεσμοῖς τοῖςδε τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

V. 6. καλλείποιμι. Sic ap. Stob. Plutarch. ποιήσαιμι. Ex Ciceronis interpretatione, quae dedit *linquamus*, Stobaei lectionem retinendam esse sequitur. Frequentem illius verbi usum, apud scriptores Graecos obvium, exemplis demonstravit Boissonadus in Gnomicor. ed. p. 262 sq.

κβ', V. 1. Quid sibi velint aliquot Solonis editores, legentes Ἀλλὰ, equidem nescio. ap. Plutarch. omnes consentiunt in Νῦν δέ.

V. 2. Vulgo ap. Plutarch. τήν τε πόλιν ναίοις. Al. τὴν πόλιν ναίοις. Quum utraque lectio retineri nequiret, Brunckius proposuit, τὴν πόλιν εὖ ναίοις, quod itidem recepit Coraës. Qua coniectura, quamvis ingeniosisima, quum hi-

'Εκ τῶν πρὸς Φῶκον ΤΡΟΧΑΙΩΝ.

κδ'.

— — — — Εἰ δὲ γῆς ἐφεισάμην
πατρίδος, τυραννίδος δὲ καὶ βίης ἀμειλίχου
οὐ καθηψάμην, μιάνας καὶ καταισχύνας κλέος,
οὐδὲν αἰδοῦμαι· πλέον γὰρ ὧδε νικήσειν δοκῶ
πάντας ἀνθρώπους — — — — — —
— — — — — — — — — —
οὐκ ἔφυ Σόλων βαθύφρων, οὐδὲ βουλήεις ἀνήρ·
ἐσθλὰ γάρ, θεοῦ διδόντος, αὐτὸς οὐκ ἐδέξατο,

---

storicis argumentis careat, hoc loco non opus est: in vita Arati, ubi quatuor priores versus laudantur, lectio offertur omnibus numeris absoluta: Τήνδε πόλιν ναίοις. Wintertonus in Poetis minoribus prorsus perverse interpretatur: *Urbemque genusque vestrum colas.* Immo vero, γένος ὑμέτερον est casus nominativus, et referendum ad praecedens σύ, non ad πόλιν, ita ut structura sit haecce: σὺ μὲν — τήνδε πόλιν ναίοις, καὶ γένος ὑμέτερον αὐτὴν ναίοι.

κδ', V. 1 — 5. Εἰ δὲ τὴν πατρίδα οἰκτείρας, οὐκ ἐβουλήθην τύραννος βίαιος καὶ ἄγριος γενέσθαι, μιάνας καὶ καταισχύνας αὐτῆς τὴν ἐν ἐλευθερίᾳ δόξαν, οὐδὲν αἰδοῦμαι, οὐδὲ μεταμέλομαι ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις· καὶ γὰρ οὕτω πράξας νομίζω καθυπέρτερος μᾶλλον ἔσεσθαί τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. ΚΟΡΑΗΣ.

V. 6 — 12. Multa de argumento horum versuum disputata sunt a viris doctis. V. Mureti Var. lectt. I, 13. Xylander ad Plutarch. Solon. 14.

περιβαλὼν δ' ἄγραν ἀγρευτής, οὐκ ἀνέσπασεν μέγα
δίκτυον, θυμοῦ θ' ἁμαρτῇ καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς.
ἤθελον γάρ κεν κρατήσας, πλοῦτον ἄφθονον λαβών,
καὶ τυραννεύσας Ἀθηνῶν μοῦνον ἡμέραν μίαν,
ἀσκὸς ὕστερον δεδάρθαι, κἀπιτετρίφθαι γένος.

V. 8. Ἀγρευτής· Ταύτην παρείληφα τὴν πιθανὴν διόρθωσιν, Τετίου τοῦ σοφωτάτου Ἐπισκόπου Ἀβρίγκης, προςγεγραμμένην εὑρὼν τῇ Πλουτάρχου βίβλῳ, ἣν ἐκέκτητο, ἡνίκα ἐν τοῖς ζῶσιν ἐτέλει, ἀντὶ τῆς παρ' ἅπασιν ἀδιανοήτου γραφῆς, Ἀγασθείς. K. — Reiskius coniecerat ἀτυσθείς, *mente perturbatus, consternatus.*

V. 9. In omnibus Codd. Bodl. legitur ἁμαρτῇ. Al. ἁμαρτών. Hesych. v. Ἁμαρτῇ, ἅμα καὶ ἐπακολούθως, ὡς Ὅμηρος χρῆται.

V. 10 sqq. Haec verba sunt hominis Solonem deridentis: qua propter praeferendum est ἤθελον, non ἤθελε.

V. 11. Τυραννεύσας. Δ. Γ. Τυραννίσας· οὐδὲ τοῦτο κακῶς. τὰ γὰρ τῆς πρώτης τῶν περισπωμένων εἰς εω, οὐ μόνον τὸν εἰς ευω τύπον, ἀλλὰ καὶ τὸν εἰς ιζω ἐπιδέχεται, ὥςπερ ἀλλαχοῦ (προδρ. Ἑλλ. Βιβλ. σελ. 332 καὶ Ισοκρατ. Β, σελ. 25) ἐσημειωσάμεθα. K. Brunck. — ἤσας.

V. 12. Ἀσκὸς — δεδάρθαι. Σημειοῦ τὴν καινὴν ἔλλειψιν. τὸ πλῆρες, Δεδάρθαι, ὥςτε γενέσθαι ἀσκός. Καινὴν δὲ λέγω, ἐπεὶ οὐδὲ μνημονεύω τοιαύτης ἐλλείψεως ἑτέρου παραδείγματος πλὴν τοῦ Σοφοκλείου τούτου (παρ' Ἀθην. Θ, σελ. 410),

Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος·

τουτέστιν, Ἐκδεδαρμένος τὴν κεφαλὴν κατὰ τὸν σκυθικὸν τρόπον, ὥςτε γενέσθαι χειρόμακτρον. Οἱ γὰρ Σκύθαι, καθά φησιν Ἡσύχιος (λεξ. Σκυθιστί) »Τῶν λαμβανομένων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ἐκδέροντες, ἀντὶ χειρομά-

— — — — — — — — — — —

χαῦνα μὲν τότ' ἐφράσαντο, νῦν δέ μοι χολούμενοι
λοξὸν ὀφθαλμοῖς ὁρῶσι πάντες ὥςτε δήϊον.

Ἐκ τῶν εἰς ἑαυτὸν καὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν
ΙΑΜΒΕΙΩΝ.

κέ.

Ἅμα γὰρ ἄελπτα σὺν θεοῖσιν ἤνυσα,
ἄμα δ' οὐ μάτην ἔρδον — — —
— — — — — — — —
συμμαρτυροίη ταῦτ' ἂν ἐν δίκῃ Κρόνου
μήτηρ μεγίστη, δαιμόνων Ὀλυμπίων
ἀρίστη, Γῆ μέλαινα, τῆς ἐγώ ποτε
ὅρους ἀνεῖλον πολλαχῆ πεπηγότας,

κτρων ἐχρῶντο.« Οὕτω γὰρ γραπτέον τὴν ἡμιτελῶς ὑφ' ἑτέρων διορθωθεῖσαν Ἡσυχίου ἐξήγησιν. K. cf. Schneideri Lexic. v. ἀσκός.

κέ, V. 3. Quod vulgo legitur, χρόνου, non apte in hunc locum quadrare videtur. Praeferendum est Κρόνου, auctore Claviero ad Plutarch. Amyoti T. I, p. 416. Similiter in Plut. Pericle 3 varr. lectt. exhibent Κρόνος vice Χρόνος cf. Classical Iournal Vol. XXVI, p. 346. cf. Hesiod. Theogon. 137.

V. 4. Scholium Tzetzae ad Exeg. in Iliad. p. 144, 28 sqq. Σόλων δὲ καὶ κατ' ἴχνος αὐτοῦ καὶ ὁ Σοφοκλῆς . . δαίμονα φάσκει τὸν, ὃς κἄνπερ πρότερον ἦν ἀτυχῶν, ὅμως εὐτεχοῦς καὶ ἀγαθοῦ τετύχηκε τέλους. Sed iam Homerus duplicem vim voci δαίμων attribuit. V. Il. Θ, 166.

V. 6. πολλαχῆ. Sic ap. Aristid. ante Coraëm ap. Plutarch. πανταχῆ.

πρόσθεν δὲ δουλεύσασα νῦν ἐλευθέρα.
πολλοὺς δ' Ἀθήνας, πατρίδ' εἰς θεόκτιτον,
ἀνήγαγον πραθέντας, ἄλλον ἐκδίκως,
ἄλλον δικαίως, τοὺς δ' ἀναγκαίης ὕπο
χρησμὸν λέγοντας, γλῶσσαν οὐκ ἔτ' Ἀττικὴν
ἱέντας, ὡς ἂν πολλαχῇ πλανωμένους·
τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοῦ δουλίην ἀεικέα
ἔχοντας, ἠδὲ δεσπότας τρομευμένους,
ἐλευθέρους ἔθηκα. ταῦτα μὲν κράτει,

V. 7. δουλεύσασα ap. Aristid. δουλεύουσα ap. Plutarch. quod retinuit Coraës. Huic loco aoristus haud dubie convenientior est.

V. 9 sq. Verba, ἄλλον ἐκδίκως, ἄλλον δικαίως, referenda sunt ad πραθέντας, non ad ἀνήγαγον, ut apud Aristidis interpretem Latinum.

V. 11. χρησμὸν λέγοντας. Haec spectant ad homines istos errabundos, qui, vaticinationes proferendo, omnem Graeciam olim impleverant, ad χρησμολόγους.

V. 13. Ap. Plutarch. δουλοσύνην ἀεικέα, ap. Aristid. duplex est lectio, una δουλείης α. altera δουλείην α. Quum autem Solon atque ceteri primorum Iambographorum plerumque a solutionibus abstinuerint atque Spondeum prorsus excluserint, neutra istarum lectionum, quae purum Iambum desiderent, probari potest. Veram autem lectionem perscrutatus est Brunckius, quippe qui δουλείην permutaverit in δουλίην. Ut enim σοφία deducitur a σόφος, sic δουλία a δοῦλος.

V. 14. ἤδη, quod vulgo legitur, in ἠδέ, coniunctionem, mutandum esse censebam.

V. 15 sq. Huius loci interpres putandus est Plutar-

ὁμοῦ βίην τε καὶ δίκην συναρμόσας,
ἔρεξα, καὶ διῆλθον, ὡς ὑπεσχόμην.
θεσμοὺς δ' ὁμοίως τῷ κακῷ τε κἀγαθῷ,
εὐθεῖαν εἰς ἕκαστον ἁρμόσας δίκην,
ἔγραψα. κέντρον δ' ἄλλος, ὡς ἐγώ, λαβών,
κακοφραδής τε καὶ φιλοκτήμων ἀνήρ,
οὔτ' ἂν κατέσχε θυμόν, οὔτ' ἐπαύσατο.

---

chus in Solone 15 init. Οὐ μὴν ἀπωσάμενός γε τὴν τυραννίδα, τὸν πρᾳότατον ἐχρήσατο τρόπον τοῖς πράγμασιν, οὐδὲ μαλακῶς, οὐδ' ὑπείκων τοῖς δυναμένοις, οὐδὲ πρὸς ἡδονὴν τῶν ἑλομένων ἔθετο τοὺς νόμους· ἀλλ' ᾗ μὲν ἄριστον ἦν, οὐκ ἐπήγαγεν ἰατρείαν, οὐδὲ καινοτομίαν, φοβηθεὶς, μὴ, συγχέας παντάπασι καὶ ταράξας τὴν πόλιν, ἀσθενέστερος γένηται τοῦ καταστῆσαι πάλιν καὶ συναρμόσασθαι πρὸς τὸ ἄριστον. Ἃ δὲ καὶ λέγων ἤλπιζε πειθομένοις, καὶ προςάγων ἀναγκὴν ὑπομένουσι χρήσασθαι, ταῦτ' ἔπραττεν, ὥς φησιν αὐτὸς, Ὁμοῦ βίην τε καὶ δίκην συναρμόσας.

V. 22. Reiskius ad Plutarch. T. I, p. 824 δῆμον, *malim* θυμόν, *Impetum animi sui non repressisset.* Schaeferus in ed. Gnomicor. *Non Reiskii est correctio, sed Gu. Canteri, probata etiam Clavierio l. c.* Coraës quoque hanc emendationem comprobavit. Ut enim verba, οὔτ ἐπαύσατο κ. τ. λ. opposita sunt voci φιλοκτήμων, sic verbo κακοφραδής quidquam oppositum esse oportet, cui optime respondet κατέσχε θυμόν, non δῆμον.

V. 22 sq. Aristides post verba, οὐκ ἂν κατέσχε θυμόν, Solonem missum facit: sed Plutarchus excipit filum orationis in Solone 16 — θυμόν, οὔτ' ἐπαύσατο, κ. τ. λ. Ex

πρὶν ἂν ταράξας, πῖαρ ἐξέλῃ γάλα.
— — — — — — — — —
— — — — — εἰ γὰρ ἤθελον,
ἃ τοῖς ἐναντίοισιν ἥνδανέν τοτε, — — —
αὖτις δ' ἃ τοῖσιν ἀτέροις, δρᾶσαι βίῃ,

Plutarcho recepimus οὔτ' initio versus 22, pro vulg. οὐκ ap. Aristidem.

V. 23. Πῖαρ τὸ ὕπεαρ, τὴν πιμελήν· ἐνταῦθα δ' ἐπιθετικῶς, Πῖαρ γάλα (καθὰ τὰ παρ' Ὁμήρῳ Πῖαρ οὖδας Ὀδυσσ. I, 135) εἴρηκε τὸ παχύτατον τοῦ γάλακτος, ὅπερ παρ' ἡμῖν Ἀνθόγαλα (Germ. *Rahm*) μὲν οἱ χαριέστεροι, οἱ δὲ Τουρκοχυδαΐζοντες Καϊμάκι καλοῦσι. K. Reiskius p. 224 πίων e Iuntina revocandum esse censet; Sed hoc glossatorem redolet.

V. 26 sq. Vulgo leguntur: ἀτέροις δρᾶσαι διὰ πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἤδ' ἐχειρώθη πόλις: i. e. *Iam capta multis urbs fuisset a viris.* Quae quidem sic Graece dici non posse iam docuit Valckenarius ad Herodot. VI, 83 *Sed nec a multis capta urbs Graecis dicitur* διὰ πολλῶν χειρωθῆναι, *neque is sensus illic congruit. Nisi* σεισάχθειαν *suam Solon introduxisset, civitas multis fuisset civibus viduata: hanc postulant, quae praecessere, sententiam. Pro* δρᾶσαι διὰ, *corrigerem* δρᾶσαι κακὰ; *sed praeterea minime dubitanter:* πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἤδ' ἐχηρώθη πόλις, *hoc alibi dicitur* ἠρημώθη ἡ πόλις ἀνδρῶν, *velut in Aeneae Poliorcet. c. 14.* Quae quidem quamvis doctissime sint disputata, tamen mutatio vocis διά in κακά vehementior esse videtur, ideoque ad Schaeferi potius coniecturam convertendum est, quae maiorem habet auctoritatem palaeographicam, sc. βίᾳ pro διά.

πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἥδ' ἐχηρώθη πόλις.
τῶν οὕνεκ' ἀρχὴν πάντοθεν κυκεύμενος,
ὡς ἐν κυσὶν πολλαῖσιν ἐστράφην λύκος.
— — — — — — — — —
ἄρχων ἄκους καὶ δικαίῳ κἀδίκῳ.

Τὰ λοιπὰ ἐκ τῶν Ἰαμβείων.

κϛ'.

Πίνουσι καὶ τρώγουσιν, οἱ μὲν ἴτρια,
οἱ δ' ἄρτον αὐτόν, οἱ δὲ συμμεμιγμένους.

V. 28. *κυκεύμενος* rarior forma est verbi, quod vulgo reperitur, *κυκάω*, Hesych. v. *κυκεῖ*, *ταράσσει*, et v. *κυκοῦντος*, *θρηνοῦντος*. cf. H. Stephani Thesaur. ling. Gr. Ed. nov. Lond. Vol. IV., p. 5437.

V. 30. Mirum est, quod apud utrumque paroemiographum post versum Solonis ipsum reperiuntur verba: Ἐκ τῶν τοῦ Σόλωνος ἐλεγείων παραινετική· quum tamen versus ille sit iambicus. Itaque legendum esse videtur: Ἐκ τῶν τοῦ Σόλωνος παραινεσέων. Quae autem in Solonis verbis exstat lectio, *καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως*, eam minime dubitavi mutandam esse in *καὶ δικαίῳ κἀδίκῳ*, similem structuram sequutus Homer. Il. π, 515 sq. *δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν ἀνέρι κηδομένῳ*.

κϛ'. V. 1. Ἴτρια, *placentae quoddam genus.*

V. 2. *ἄρτον αὐτόν*, Hanc Schweighaeuseri emendationem sequendam esse puto, interpretantis, *ipsum* (per se) *panem*, *solum*, *nudum panem*. Nullam enim in vulgari lectione, *ἄρτον αὐτῶν*, pronomini *αὐτῶν* inesse vim, nec ferendum illud esse, recte docuit idem.

γούρους φακοῖσι· κεῖθι δ' οὔτε πεμμάτων
ἄπεστιν οὐδέν, ὅσσ' ἂν ἀνθρώποισι γῆ

V. 3. Γοῦρος quid sit, ipsa docent verba Athenaei, ita exponentis: ὅτι πλακοῦντος εἶδος, ὁ Σόλων ἐν τοῖς Ἰάμβοις φησί. De varietate lectionis ipsos audiamus editores: *In excerptis est* Γῶρος; *et praetermissa voce* Κορυβάνας, *quae statim sequitur*, goro *sive* gyro *tribuuntur, quae in libris nostris de cyribanis dicuntur: esse nimirum* placentae genus Laconicum. *Veteres membranae stant ab edita lectione. Esse tamen Lacon. vocem* γῶρος, *Hesychius indicat, cum scribit* Γωρρῦνται, σωρχοῖ, Λάκωνες. *Remansit hoc pistorii operis nomen in Gallico sermone, leviter corruptum;* gaufros *enim dicimus.* CASAUBONUS. — *Non* γῶρος, *sed* γῦρος *habet noster Cod.* Epit. *cum in contextu, tum in ora libri. Pari autem modo, ut hoc loco, sic et supra in* Ἀτταvίτης *breviatorem vidimus, cum in compendium redigere vellet, quae ab Athenaeo dicta sunt, ab uno argumento ad aliud ita transsiluisse, ut in unum consueret, quae recte disiuncta erant. Ceterum quos* Gaufros *Gallice vocamus, nullam quidem rationem video, cur cum Solonis* γούροις *conferamus.* SCHWEIGHAEUSER.

πέμμα, a verbo πέπτω, *coquere*, ideoque omnis fructus, quo ad coquendum utimur: deinde πέμματα dicuntur, quae apud Latinos *bellaria*, quae secundis mensis inferri solent. Stesichorus ap. Athenaeum IV, p. 172, d ἄλλα τε πέμματα καὶ μέλι χλωρόν. *Varro* ap. Gellium XIII, 11. Bellaria *ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt.* πέμμασιν *enim cum* πέψει *societas infida.*

V. 4. ἄπεστιν οὐδὲν, ὅσσ' ἂν ἀνθρώποισι γῆ. Sic emendandum est, quod in Codicibus legitur: ἄπεστιν οὐδ' ἕνασσεν ἀνθρώποισι γῆ

φέρῃ μέλαινα, πάντα δ' ἀφθόνως πάρα.
— — — — — — — —
σπεύδουσι δ' οἱ μὲν ἴγδιν, οἱ δὲ σίλφιον,
οἱ δ' ὄξος — — — — — —
— — — — — — — —
κόκκωνας ἄλλος, ἅτερος δὲ σήσαμα.

V. 5. Schaeferus admonuit syntaxim poscere subiunctivum φέρῃ, quod substituendum indicativo φέρει.

V. 6. Casaubonus deesse verbum φέροντες aut simile aliquid opinatur. Sed verbum σπεύδουσι regnat casus accusativos, qui sequuntur. R. Bentleius in Ep. ad Tib. Hemsterhusium (Classical Iournal XII, p. 445) aut σπεύδουσι δ', aut διδοῦσι δ', aut simile quid trisyllabum scribendum esse suadet.

V. 6. Sic scribendum. V. Hemsterhus. ad Pollue. l. l. In Lexico Io. Zonarae p. 1084 legitur duplex glossa, ἴγδη et ἴγδις. In Etym. M. 464, 49 Ἴγδη, ἡ θυεία, ἔνθα μίσγομεν τὰ ἀρτύματα· παρὰ τὸ μίσγειν τὰ θύη· ἀπέβαλε τὸ μ, ὡς τὸ μία, ἴα. Ἔστι δὲ καὶ ὀρχήσεως ἰγδίσματα, ἐν ᾗ ἐλυγίζον τὴν ὀσφῦν ἐμφερῶς τῷ δοίδυκι.

σίλφιον, *laserpitium*, planta quaedam, cuius succo in cibis et pro medicamento usi sunt. cf. Schneider. v. σίλφιον, et Forcellin. v. *laserpitium*.

V. 8. Variae de hoc versu virorum doctorum exstant opiniones, quas omnes recensitas invenies in Phrynichi praestantissima editione, a Lobeckio parata.

Κόκκωνες· οἱ κόκκοι τῆς ῥοιᾶς καὶ ὅθεν ἰξός. Hesych. *Grana sunt mali Punici et illa, ex quibus viscum fit, quae scilicet instar vitri splendent et perlucida cernuntur in ea*

ΣΚΟΛΙΟΝ.

κζ'.

Πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον ὅρα,
μὴ, κρυπτὸν ἔχων ἔγχος κραδίῃ,

---

herba, quae in quercu, pinu, nuce pontica et aliis arboribus nascitur: NUNNES. ad Phrynich. σήσαμον est frumentum plantae cuiusdam, quae dicitur σησάμη. cf. Schneider s. v. Ap. Herodot. I, 193 traditur Babilonios ex hoc fructu oleum paravisse. Ap. Stesichor l. l. σησαμίδας.

κζ'. In distinguendis versibus, qui in Diogenis editionibus et apud Brunckium haud rite constituti sunt, Ilgenum ducem sequendum esse putamus, qui nostrum poematium in scoliorum numero XXXIX collocavit; is enim primum versum fecit anapaesticum dimetrum acatalectum, secundum eundem, tertium logaoedicum, quartum dactylicum trimetrum catalecticum in disyllabum, quintum rursus logaoedicum: quae quidem dimentiendi ratio praeter numerum sublevat etiam verborum partitionem seriemque sententiarum.

V. 2. Apud Diog. exstat lectio ἔγχος ἔχων, quam Ilgenus per metathesin verborum mutavit in ἔχων ἔγχος. Idem Ilgenus ἔχθος legendum esse contendit, propterea quod Latinus interpres verterit *odium*, omnibus Codicibus adversis. Neque tamen offensionis quidquam Codicum lectioni inest. Κρύπτον ἔγχος, *telum occultum*, i. e. *insidiae absconditae*, sive, quod interpres ille Latinus ad sensum, non ex alia lectione, dedisse videtur, *odium*. Simili modo Germanice loquimur, *heimliche Dolche*.

φαιδρῷ πρός σ᾽ ἐνέπῃ προςώπῳ,
γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος
ἐκ μελανῆς φρενὸς γεγωνῇ.

V. 3. Ilgenus merito restituit πρός σ᾽ ἐνέπῃ, pro vulg. προςεννέπῃ. Ad sensum huius loci Iacobsius, amabilis vir, ad Antholog. Gr. Vol. I, p. 1, p. 192 laudat Lucian. T. III, p. 153 προςίεται μὲν καὶ — προςμειδιᾷ τοῖς χείλεσιν ἄκροις, μισεῖ δὲ καὶ λάθρα τοὺς ὀδόντας διαπρίει. Et mox: ἕτερα μὲν κεύθοντα ἐν φρεσὶ, ἀλλὰ δὲ λέγοντα καὶ ὑποκρινόμενον ἱλαρῷ καὶ κομικῷ προςώπῳ, μάλα περιπαθῆ καὶ πένθους γέμουσαν τραγῳδίαν.

V. 5. Ap. Diog. ἐκ μελαίνης φρενός, quod numerum offendit vel saltem leniter fluentem prohibet. Ilgenus ergo dedit ἐκ μέλανος, ex Atticismo, quo masculinum adiectivum iungatur nomini generis feminini. V. Gregor. Corinth. p. 25. Thom, Mag. p. 109. Scol. Aristot XXXI, 21 φιλίας βεβαίου. At nondum fuit Solone florente Atticismus, qualis postea legitime excultus est. V. Bentleii resp. ad C. Boyl. p. 224 sqq. Zonarae Lexicon p. 1344 vocis μέλαινα tres affert significatus, unum moralem, alterum profunditatis, tertium caliginis. Primam significationem hoc loco teneamus: μέλαινα φρὴν, *nigra mens*, i. e. *improba, maligna*. V. Gataker. ad M. Antonin. IV, 28. Praeter femininam formam μέλαινα exstat altera μελανή. Hesych. v. μελαναί· βαθεῖαι. cf. Etym. M. p, 492, 57 κάρυος ῥόος, ὁ μελανὸς ῥόος. Itaque scribendum est hoc loco ἐκ μελανῆς φρενός.

Digressio ad δ', 61 sq.

Τὸν δὲ κακαῖς νούσοισι κυκώμενον ἀργαλέαις τε
ἁψάμενος χειροῖν, αἶψα τίθησ' ὑγυιῆ.

Hic locus maximi momenti est ad cognoscendam historiam illius medendi generis, quod a Graecis vocatur ἐγκοίμησις et κατάκλισις, a Latinis *incubatio*, a nostratibus *Magnetischer Schlaf.* Brunckius hoc primum intellexit, quippe qui ad illos versus annotaverit: *In hoc disticho forte quis deprehendet naturae illud arcanum, quod in artem medendi transferri incipit, quodque vocant* le magnétisme animal.

Tria potissimum sunt, unde historiam vaticinationum apud Graecos derivare liceat. Primum ex somniis, quibus naturae convenienter utimur, futura praedicamus. cf. Homer. Il. β' init. Qua quidem de re ingeniose disseruit *Aristoteles de divinatione per somnium* p. 55 ed. Sylburg. περὶ τῆς μαντικῆς ἐν τοῖς ὕπνοις γενομένης καὶ λεγομένης συμβαίνειν ἀπὸ τῶν ἐνυπνίων οὔτε καταφρονῆσαι ῥᾴδιον οὔτε πεισθῆναι· τὸ μὲν γὰρ πάντας ἢ πολλοὺς ὑπολαμβάνειν ἔχειν τι σημεῖον τὰ ἐνύπνια παρέχεται πίστιν, ὡς ἐξ ἐμπειρίας λεγόμενον. Καὶ τὸ περὶ ἐνίων, εἶναι τὴν μαντικὴν ἐν τοῖς ἐνυπνίοις, οὐκ ἄπιστον· ἔχει γάρ τινα λόγον. κ. τ. λ. Alterum genus, ad quod Solonis versus spectant, ita comparatum est, ut quibusdam manuum tactionibus vel aliis incitamentis alto somno mergamur, quo de rebus occultis atque ignotis mira quadam ratione certiores fiamus. Tertium denique genus est illud, quo plerumque Pythiae istae Graecorum usae sunt, ut inter somniandum et vigilandum suspensus animus sit, atque instinctu quodam divino afflatuque oracula ferantur. Sic perspicue distinxit

Cicero de Divinat. I, 32 *Somnia et furoris oracula, quorum amborum generum una ratio sit, animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos et haustos.* cf. *Beitrag zur Geschichte des Somnambulismus aus dem Alterthum, in Fr. A. Wolfii scriptis miscellaneis* p. 382 sqq. Antiquissimus locus classicus, quem Wolfius laudavit, unde repeti possit maturus incubationum usus apud Graecos, est Aristophanis in Pluto. Illam dissertationem excipit altera, *Somnia Serapica, praecipue ex Aristidis* ἱεροῖς λόγοις *delineata*, in *B. Thorlacii opusculis Academicis III*, p. 125 *sqq*.

Quod ad secundum oraculorum genus, paulo altius descendamus. *Incubare proprie dicuntur ii, qui dormiunt ad accipienda responsa.* V. *Servius* ad Virgil. Aeneid. VII, 8. Qua quidem cum interpretatione conferre licet Homeri Iliad. π, 233 sqq. De oraculis hoc loco sermonem esse nemo infitiabitur. Sed quales sunt Σελλοὶ ὑποφῆται, ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι; Eustath. ad v. 235 Ὑποφῆται, ὑποφητεύοντές εἰσι τῷ προφητεύοντι ἐκεῖσε Διΐ. Ὑποφήτης est igitur ὁ φὰς (φήτης) τὰ ὑπὸ Διὸς ἢ ἄλλου τινὸς θεοῦ αὐτῷ εἰρημένα, i. e. *qui Iovis sive alius cuiusdam dei oracula promulgat.* Cui interpretationi respondet scholium Venet. ὑπομάντεις, ἱερεῖς, ὅ ἐστι χρησμῳδοὶ, θεόλογοι, προφῆται. Hesych. v. Ἀνιπτόποδες· οἱ δι' ἀγνείαν χρείαν μὴ ἔχοντες νίπτεσθαι. Schol. Venet. B οἱ φυλασσόμενοι, μή τι μιαρὸν πατῆσαι· ἢ μὴ προϊόντες τοῦ ἱεροῦ, ὡς μὴ δεῖσθαι νιπτήρων. οἱ δὲ, ἀντὶ τοῦ ἀνιπτάμενοι ταῖς διανοίαις καὶ μετεωρόλογοι. Licet diversissimae sint huius vocis explicationes, omnes tamen eo consentiunt, ut referatur ad interpretes rerum futurarum et obscurarum, qui in habitu etiam atque cultu sanctitatem quandam ac divinitatem ostendere solent: postremo ad eam sacerdotum familiam omnia recedunt, quae est vetustissimae gen-

tis Pelasgicae. Eustath. χαμαιεῦναι· χαμαὶ γάρ φασι δοραῖς ἐγκοιμώμενοι δι' ὀνείρων τοῖς χρωμένοις χρηματίζουσιν ἐκ Διὸς, καθὰ καὶ Λυκόφρων ἱστορεῖ· ὃς καὶ τόμουρον τὸν ἁπλῶς μάντιν λέγει ὁμωνύμως τοῖς ἐν Δωδώνῃ: τόμουροι γὰρ οἱ ἐκεῖ τοῦ Διὸ ςὑποφῆται· καὶ τόμουραι αἱ μαντεῖαι Schol. Venet. B. Οἱ χαμαὶ ὄντες καὶ τὰ πόρρῳ σκοποῦντες. Ecquis dubitabit hic describi homines, qui, certis incitamentis ad dormiendum ac somniandum adducti, oracula dederint? Hinc igitur certissime concludere licet artem per somnia medendi ad vetustissima Graecorum tempora repetendam esse. Qua de re lepidissime iudicavit Wolfius l. l. p. 429. Cum Homerico loco conferendus est Sophocleus Trachin. 1164 sqq.

φανῶ δ' ἐγὼ τούτοισι συμβαίνοντ' ἴσα
μαντεῖα καινά, τοῖς πάλαι ξυνήγορα,
ἃ τῶν ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ
Σελλῶν ἐςελθὼν ἄλσος εἰςεγραψάμην,
πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός.

Atque Herodotus III, 134, postquam causas explicuit, cur Amphiarai oraculum interrogare Thebani vetiti sint, ita concludit narrationem: διὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἔξεστι Θηβαίων οὐδενὶ αὐτόθι ἐγκατακοιμηθῆναι. cf. Aristophan. Plut. 641 sqq.

Praeter hanc rationem, qua Graecis divinationes fieri solent, altera, ad sanandos morbos potissimum adhibita, eiusmodi est, ut homo aegrotus quibusdam manuum tactionibus opprimatur somno, quo tenebrae mentem obscurantes removeantur, omnisque morbi natura illucescat. Tales curationes Solonis aetate institutas esse clarissime patet ex verbis, ἁψάμενος χειροῖν, quibus sine dubio indicantur, quas hodie *manipulationes* vocant.

ὁμοῦ βίην τε καὶ δίκην συναρμόσας,
ἔρεξα, καὶ διῆλθον, ὡς ὑπεσχόμην.
θεσμοὺς δ᾽ ὁμοίως τῷ κακῷ τε κἀγαθῷ,
εὐθεῖαν εἰς ἕκαστον ἁρμόσας δίκην,
ἔγραψα. κέντρον δ᾽ ἄλλος, ὡς ἐγὼ, λαβὼν,
κακοφραδής τε καὶ φιλοκτήμων ἀνήρ,
οὔτ᾽ ἂν κατέσχε θυμόν, οὔτ᾽ ἐπαύσατο,

---

chus in Solone 15 init. Οὐ μὴν ἀπωσάμενός γε τὴν τυραννίδα, τὸν πρᾳότατον ἐχρήσατο τρόπον τοῖς πράγμασιν, οὐδὲ μαλακῶς, οὐδ᾽ ὑπείκων τοῖς δυναμένοις, οὐδὲ πρὸς ἡδονὴν τῶν ἑλομένων ἔθετο τοὺς νόμους· ἀλλ᾽ ᾗ μὲν ἄριστον ἦν, οὐκ ἐπήγαγεν ἰατρείαν, οὐδὲ καινοτομίαν, φοβηθεὶς, μὴ, συγχέας παντάπασι καὶ ταράξας τὴν πόλιν, ἀσθενέστερος γένηται τοῦ καταστῆσαι πάλιν καὶ συναρμόσασθαι πρὸς τὸ ἄριστον. Ἃ δὲ καὶ λέγων ἤλπιζε πειθομένοις, καὶ προςάγων ἀναγκὴν ὑπομένουσι χρήσασθαι, ταῦτ᾽ ἔπραττεν, ὥς φησιν αὐτὸς, Ὁμοῦ βίην τε καὶ δίκην συναρμόσας.

V. 22. Reiskius ad Plutarch. T. I, p. 824 δῆμον. *malim* θυμόν, *Impetum animi sui non repressisset.* Schaeferus in ed. Gnomicor. *Non Reiskii est correctio, sed Gu. Canteri, probata etiam Clavierio l. c.* Coraës quoque hanc emendationem comprobavit. Ut enim verba, οὔτ ἐπαύσατο κ. τ. λ. opposita sunt voci *φιλοκτήμων*, sic verbo *κακοφραδής* quidquam oppositum esse oportet, cui optime respondet *κατέσχε θυμόν*, non *δῆμον*.

V. 22 sq. Aristides post verba, *οὐκ ἂν κατέσχε θυμόν,* Solonem missum facit: sed Plutarchus excipit filum orationis in Solone 16 — θυμόν, οὔτ᾽ ἐπαύσατο, κ. τ. λ. Ex

πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἥδ' ἐχηρώθη πόλις.
τῶν οὕνεκ' ἀρχὴν πάντοθεν κυκεύμενος,
ὡς ἐν κυσὶν πολλαῖσιν ἐστράφην λύκος.
— — — — — — — — —
ἄρχων ἄκους καὶ δικαίῳ κἀδίκῳ.

Τὰ λοιπὰ ἐκ τῶν Ἰαμβείων.

κϛ'.

Πίνουσι καὶ τρώγουσιν, οἱ μὲν ἴτρια,
οἱ δ' ἄρτον αὐτόν, οἱ δὲ συμμεμιγμένους.

V. 28. κυκεύμενος rarior forma est verbi, quod vulgo reperitur, κυκάω, Hesych. v. κυκεῖ, ταράσσει, et v. κυκοῦντος, θρηνοῦντος. cf. H. Stephani Thesaur. ling. Gr. Ed. nov. Lond. Vol. IV., p. 5437.

V. 30. Mirum est, quod apud utrumque paroemiographum post versum Solonis ipsum reperiuntur verba: Ἐκ τῶν τοῦ Σόλωνος ἐλεγείων παραινετική· quum tamen versus ille sit iambicus. Itaque legendum esse videtur: Ἐκ τῶν τοῦ Σόλωνος παραινέσεων. Quae autem in Solonis verbis exstat lectio, καὶ δικαίως καὶ ἀδίκως, eam minime dubitavi mutandam esse in καὶ δικαίῳ κἀδίκῳ, similem structuram sequutus Homer. Il. π, 515 sq. δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν ἀνέρι κηδομένῳ.

κϛ'. V. 1. Ἴτρια, *placentae quoddam genus.*

V. 2. ἄρτον αὐτόν. Hanc Schweighaeuseri emendationem sequendam esse puto, interpretantis, *ipsum* (per se) *panem, solum, nudum panem.* Nullam enim in vulgari lectione, ἄρτου αὐτῶν, pronomini αὐτῶν inesse vim, nec ferendum illud esse, recte docuit idem.

γούρους φακοῖσι· κεῖθι δ' οὔτε πεμμάτων
ἄπεστιν οὐδέν· ἄσσ' ἂν ἀνθρώποισι, γῆ

V. 3. Γοῦρος quid sit, ipsa docent verba Athenaei, ita exponentis: ὅτι πλακοῦντος εἶδος, ὁ Σόλων ἐν τοῖς Ἰάμβοις φησί. De varietate lectionis ipsos audiamus editores: *In excerptis est* Γῶρος; *et praetermissa voce* Κορυβάνας, *quae statim sequitur*, goro *sive* gyro *tribuuntur, quae in libris nostris de cyribanis dicuntur: esse nimirum* placentae genus Laconicum. *Veteres membranae stant ab edita lectione. Esse tamen Lacon. vocem* γῶρος, *Hesychius indicat, cum scribit* Γωρρῦνται, σαρκοῖ, Λάκωνες. *Remansit hoc pistorii operis nomen in Gallico sermone, leviter corruptum;* gaufros *enim dicimus.* CASAUBONUS. — *Non* γῶρος, *sed* γῦρος *habet noster Cod.* Epit. *cum in contextu, tum in ora libri. Pari autem modo, ut hoc loco, sic et supra in* Ἀττανίτης *breviatorem vidimus, cum in compendium redigere vellet, quae ab Athenaeo dicta sunt, ab uno argumento ad aliud ita transsiluisse, ut in unum consueret, quae recte disiuncta erant. Ceterum quos* Gaufros *Gallice vocamus, nullam quidem rationem video, cur cum Solonis* γούροις *conferamus.* SCHWEIGHAEUSER.

πέμμα, a verbo πέπτω, *coquere*, ideoque omnis fructus, quo ad coquendum utimur: deinde πέμματα dicuntur, quae apud Latinos *bellaria*, quae secundis mensis inferri solent. Stesichorus ap. Athenaeum IV, p. 172, ἄλλα τε πέμματα καὶ μέλι χλωρόν. *Varro* ap. Gellium XIII, 14. Bellaria *ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt.* πέμμασιν *enim cum* πέψει *societas infida.*

V. 4. ἄπεστιν οὐδὲν, ἅσσ' ἂν ἀνθρώποισι γῆ. Sic emendandum est, quod in Codicibus legitur: ἄπεστιν οὐδ' ἕνασσεν ἀνθρώποισι γῆ